OBSERVATIONES GRAMMATICAE
DE MODORVM VSV
IN
DIONYSII HALICARNASENSIS ANTIQVITATIBVS ROMANIS.

DISSERTATIO
INAVGVRALIS PHILOLOGICA

QVAM
CONSENSV ET AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE
GRYPHISWALDENSI
AD
SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XXVII MENSIS SEPTEMBRIS ANNI MDCCCLXXV
H. XII.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR

CAROLVS BAVMANN
POMERANVS.

ADVERSARII ERVNT:

O. LAVTENSACH, CAND. PHIL.
A. TEGGE, CAND. PHIL.
F. BAEKER, DR. PHIL.

GRYPHISWALDIAE
TYPIS FRID. GVIL. KVNIKE.
MDCCCLXXV.

ADOLFO KIESSLING

S.

Dionysii Halicarnasensis antiquitatibus Romanis studium ut navarem et operam, Kiesslingii praeceptoris spectatissimi monitis adductus sum; qui vir illustrissimus sermo scriptorum, quos temporibus κοινῆς quam dicunt floruisse scimus, ut non minus accurate, quam optimae aetatis, pervestigaretur quidque in eo tritum fuisset et usitatum, quid evitatum et neglectum, quidque saepius, quid rarius adhibitum, indagaretur ac perquireretur, necesse esse non semel nos monuit; quandoquidem nisi talibus observationibus penitus intellegi non posset, quo modo et ea quae magis et ea quae minus usurpata fuissent optima scriptorum aetate, progressa essent, quo modo scriptores recentiores proprietates quasdam sermonis alias magis magisque amplecterentur, alias minus in deliciis haberent, alias prorsus abicerent, alias denique novarent.

Atque modorum, quas ἐγκλίσεις grammatici vocant, usum cum ea qua par est diligentia tractare mihi proposuerim, haud ignorabam, non mira neque insolita me indagaturum esse. Nam quis est quin sciat, Dionysium, quippe qui ipse rhetoris provinciam summa laude administraverit, pro virili parte conservasse castum purumque Atticorum scriptorum sermonem neque

quidquam antiquius habuisse, quam ut eorum dicendi rationem quam accuratissime imitaretur, quod idem multi virorum doctorum jam dudum intellexerunt ac docuerunt. At vero, licet Dionysius id potissimum sectatus sit, tamen nemo sane erit, qui neget, verum et sincerum Atticum eum non fuisse, immo, quod modorum ad usum pertinet, perspicere licet, nonnulla ab eo prorsus alia ratione adhibita esse, atque ab optimis pedestris orationis scriptoribus. Etenim saepius cognosces, quae prioribus temporibus magno exemplorum numero comprobari possunt, ea apud Dionysium rarius inveniri vel etiam prorsus evanuisse, verbi causa in enuntiatis primariis quae dicuntur nusquam particulas μὴ οὐ vel οὐ μή neque cum conjunctivo conjunctas invenies neque cum indicativo, qui usus ipsa adeo recentiori aetate comprobatus est, neque usquam primam singularis numeri personam conjunctivi quem dicunt deliberativi, neque in sententiarum connexu condicionali ullo loco sententiam secundariam, quae particula εἰ et optativo quolibet formata est, sequi videbis in enuntiato primario indicativum temporis secundarii cum particula ἄν conjunctum aliaque quae hic commemorare longum est. Contra quae antiquioribus temporibus rarius vel omnino non usurpata exstant, ea apud Dionysium usitata esse vel etiam prorsus novata, non numquam invenire possis. Itaque id egi et ita disputationem meam institui, ut quam plurimas consuetudinis dicendi partes attigerim, quae exemplis illustratae demonstrent, qui sit modorum quos dicunt usus Dionysii, quid optimis pedestris orationis scriptoribus saepius, quid rarius, quid omnino nusquam adhibuerit, quid prorsus neglectis eis, quae antea in usu fuerant, novi introduxerit. Nec vero omnes modorum quos dicunt rationes tractare volui; etenim non solum justo multo longius prolabi necesse erat, sed ne utilitati quidem nec bono fuerit. Itaque singulas partes eligendas arbitratus, primum accuratius egi de futuri indicativo cum particula ἄν conjuncto; qua in quaestione tractanda non semel neque

invitus occasione data usus sum aliarum quam plurimarum usus rationum exemplis illustrandarum; quae rationes cum plerumque ad optativum pertinuerint ac semel tantum ad conjunctivum, hac de futuri indicativo cum particula ἄν conjuncto quaestione absoluta, conjunctivi usum, qualis sit in enuntiatis primariis, ac denique imperativi usum accuratius descripsi, nisus semper omnibus quotquot in antiquitatibus exstant exemplis, quibus ad usum dicendi cujuslibet scriptoris illustrandum et patefaciendum prorsus opus esse unusquisque concedet. Quod vero tantummodo antiquitatum Romanarum libros perquisivi, rhetoricos prorsus neglexi idque meo jure a me factum esse puto, quia cum historici ratio loquendi alia est, alia rhetoris, tum usque ad hunc diem deest nobis librorum manuscriptorum accuratior notitia ex qua certum artis criticae sermonisque investigandi fundamentum substrui possit, non vereor ne quis mihi vitio vertat. — Haec fere sunt, quae de proposito meo dicenda putaverim.

Codicum autem ad auctoritatem quod attinet, id unum addiderim, non neglectis, sed bene examinatis et reputatis eis, quae a viris doctis hac de re disputata sunt persuasum me habere, Urbinate libro quasi fundamento emendationis uti nos debere.

Jam ad ipsam rem progrediamur ac primum quidem accuratius investigemus pluribusque exponamus, qui sit

usus indicativi futuri temporis cum particula ἄν conjuncti

apud Dionysium: quem usum saepe varieque a viris doctissimis tractatum atque num omnino, carminibus Homericis nimirum exceptis, cum apud alios scriptores, tum apud Atticos tolerari possit, disputatum atque disceptatum esse, non est cur commemoretur.

Sed quo diligentius libri manuscripti excussi sunt quantumque valeant perquisitum est et quo accuratius significatae

sunt notiones particulae ἄν temporisque futuri, eo magis recentiores viri docti, qui grammaticae arti studuerunt, veluti Reisigius, Matthiaeus, Kuehnerus, Kruegerus, Baeumleinius, Herbstius, Buttmannus, qui vir doctus adnotat, apud posteriores scriptores futurum cum ἄν conjunctum saepius inveniri, hunc usum probarunt, et Hermannus quoque aliique, qui re vera indicativum futuri cum particula ἄν conjunctum esse a scriptoribus Atticis negant, concedunt, ex ratione et particulae et temporis bene alteram cum altero conjungi posse.

Ac ne Dionysius quidem ab hoc usu prorsus abhorruit, immo contendere possumus, ejus scriptis accurate investigatis praeceptum illud Buttmanni confirmari quodammodo et comprobari. Novem enim locis apud eum exstat indicativus futuri cum ἄν conjunctus, si non in ordinem verborum, quem Kiesslingius tradit receptus, attamen in codicibus manuscriptis, traditus; qua in dinumeratione omissi eos locos, quibus participio et infinitivo futuri haec particula adjecta est. Hic numerus exemplorum etsi propter codicum in sex certe locis discrepantiam arctioribus finibus circumscribitur, tamen tribus locis omnes inter se consentiunt libri manuscripti. Atque ut via ac ratione procedat disputatio nostra, ab his quos memoravi locis progrediemur, ut certum nobis comparemus fundamentum, quo tota observatio fulciatur. Codicum autem ad scripturam quod attinet, adparet facillime interdum fieri potuisse, ut forma indicativi futuri temporis ex optativo aoristi, cui prorsus similis est, orta sit, inusitata igitur et insolita dicendi ratio ex usitata et pertrita; at etiam contrarium facillimo modo evadere potuit.

Quae res cum ita se habeat, qui certum prodire potest judicium? Nonne ipsa adeo natura et condicione rerum vetamur, codicum fidei quidquam momenti, nedum magnum tribuere, praesertim apud Dionysium? cujus in scriptis ipsas vocabulorum terminationes saepissime vitiis affectas esse, omnes fere, qui bene de Dionysio meriti sunt, viri docti observarunt. Urbinatis

etiam codicis optimi alioquin et praestantissimi auctoritas in rebus, quae ad modorum quos dicunt usum attinent, incerta et dubia reddi posse videtur: compluribus enim locis non possumus non improbare hujus libri scripturam. Quid quod exempla afferri possent, quibus hoc in codice praesentis temporis indicativus cum ἄν conjunctus traditur, quem ferri non posse, unusquisque qui illos locos respiciat, concedet; qua de causa rectissime cum ceteri editores, tum Kiesslingius his locis Chisiani codicis scripturam recepit, veluti hisce locis: (exempla ita afferre mihi liceat, ut librum et caput significem adiciamque paginam et versum editionis Kiesslingianae.) VI 69 (294, 9) εἶπον ἐν τῷ φανερῷ, πράττειν ὅτῳ ἂν τρόπῳ δύνωνται φιλίαν τῷ δήμῳ συνθέσθαι πρὸς τοὺς πατρικίους κτλ., ubi in B δύνανται traditum est; — VII 36 (44, 32) συνεβούλευε δ' αὐτῷ τότε μὲν εἴξαι.... ὅ τι δ' ἂν αἱ πλείους ψῆφοι καθαιρῶσι, τοῦτο ποιεῖν, ubi in B καθαιροῦσι legitur; — X 11 (16, 27) ὑμεῖς τ' οὐκ ἂν ὀρθῶς ποιοῖτε (in B ποιεῖτε) τοῖς τὰ ὅμοια [οὐκ] ἀξιοῦσι καθ' ἡμῶν προςέχοντες τὸν νοῦν. — VI 95 (326, 32) ταῖς δὲ συνθήκαις ταύταις μηδὲν ἐξέστω προςθεῖναι ὅ τι ἂν (ὅ τι δ' ἂν A B) μὴ Ῥωμαίοις τε καὶ Λατίνοις ἅπασι δοκῇ (ubi in B δοκεῖ). — II 73 (203, 25) ἐκλιπόντος δέ τινος αὐτῶν τὸν βίον ἕτερος εἰς τὸν ἐκείνου καθίσταται τόπον... ὃς ἂν ἐπιτηδειότατος εἶναι δοκῇ τῶν πολιτῶν, (ubi iterum in B δοκεῖ traditur); idemque habes III 17 (236, 2) πάσχειν ὑπεμείναμεν ὅ τι ἂν τῷ δαιμονίῳ δοκῇ, in B δοκεῖ. At vero ne hoc quidem gravissimum argumentum est contra scripturae Urbinatis fidem si omnino licet, facilitate mutationis mendum quodammodo excusare; nam tribus postremis locis discrepantia codicum perfacile ex itacismo quem dicunt nasci potuit, quo litterae ει eodem modo pronuntiabantur, quo η, id quod non quadrat in locos, quibus futuri indicativus cum ἄν conjunctus est.

Jam vero non omnes loci ita compositi sunt, ut facili ratione indicativus futuri ex optativo oriri potuerit, sed non nulli ita,

ut gravissima et difficillima mutatione opus fuerit. Talibus igitur ab exemplis initium totius disputationis facere necesse erit; ac vehementer gaudendum est, quod iis locis, qui ita comparati sunt omnes inter se consentiunt codices, id quod statim accuratius adparebit. Ceteroquin id iterum moneo, persuasum mihi esse, codicem Urbinatem prae ceteris sequendum esse, nisi ubi certae exstant causae, quibus ejus scriptura improbetur.

Jam singulos examinemus locos; ac primum quidem, ut dixi, tres illos, quibus omnibus in codicibus indicativus futuri temporis cum *ἂν* conjunctus legitur; dico hosce locos, quos ita afferam, ut in codicibus exstant:

VIII 8 (111, 6) *τὸ γὰρ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν καὶ μὴ τυγχάνοντας τούτου πολεμεῖν, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσουσιν εἶναι καλόν.*

XIV 9 (204, 8) *τί γὰρ ἂν δυνήσονται δεινὸν ἐργάσασθαι τοὺς ὁμόσε χωροῦντας αἱ βαθεῖαι κόμαι;*

VI 24 (241, 28) *ἐὰν δ' ὑποκατακλινώμεθα αὐτοῖς τῆς ἀξιώσεως, πρῶτον αἰσχύνην ὀφλήσομεν, εἰ παρὸν ἐν ἀριστοκρατίᾳ πολιτεύεσθαι δήμῳ τὰ κοινὰ ἐπιτρέψομεν· ἔπειτ' ἂν εἰς κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον ἥξομεν, εἴ τις ἐκθεραπεύσας αὐτὸν ἐξουσίαν κρείττονα τῶν νόμων κατασκευάσαιτο τυραννικὸς ἀνὴρ, τὴν ἐλευθερίαν αὖθις ἀφαιρεθῆναι.*

Videmus, id quod jam attigi, his locis consensum codicum etiam ea re adjuvari et confirmari, quod formae futuri *δυνήσονται* et *ὁμολογήσουσιν* non facili modo in optativos aoristi *δυνηθεῖεν* et *ὁμολογήσειαν* mutari possunt; verbum autem *ἥκειν* aoristo caret; nam de optativo futuri *ἥξοιμεν*, qui lenissima mutatione restitui possit ac re vera a Reiskio propositus est, hic non posse cogitari, infra demonstrare conabimur. — Jam videamus, quid his locis sit statuendum.

Libri VIII capite 8 Marcius Coriolanus, qui Volscis persuadere studet, ut Romanis bellum inferant, demonstrat, justam exstituram esse bellandi causam; magnam enim partem Romano-

rum imperii prioribus temporibus ipsorum fuisse Volscorum; haec omnia ut a Romanis repetant suadet: sic Volscos aut suas ipsorum possessiones recuperaturos esse, si Romani precibus obtemperaturi fuissent, aut, si minus, justam habere bellum incipiendi causam; tum pergit Marcius p. 111, 6 ut supra jam adscripsi: τὸ γὰρ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν καὶ μὴ τυγχάνοντας τούτου πολεμεῖν, ἅπαντες ἀνομολογήσουσιν εἶναι καλόν. Ita apud Kiesslingium verba leguntur; ex adnotatione autem critica docemur, in libris scriptum esse ἂν ὁμολογήσουσιν Stephanumque uno in vocabulo legendum proposuisse ἀνομολογήσουσιν, 'praesertim cum particula ἂν locum hic non habeat', ut ait ipse; et Reiskius, cui 'pervalde placet Sylburgii (vel potius 'Stephani' dicendum erat) conjectura', etiam aliam rationem amplexus legi proponit ἂν servato ὁμολογήσωσιν vel ὁμολογήσαιεν, quam conjecturam probavit A. H. Christianus in versione vernacula; itemque Kiesslingius sibi persuasit, Stephani conjecturam recipiendam esse. Equidem autem nequeo mihi temperare, — ac spero, quicunque in ea quae proferam argumenta animos intenderint, omnes mecum facturos esse — quin contendam, non solum nihil opus esse ulla mutatione neque Stephaniana neque iis quas proposuit Reiskius, sed etiam codicum scripturam unam et solam optimum totique sententiarum connexui aptissimum sensum praebere.

Duae praecipue sunt causae, propter quas hoc confidentius profiteri me posse existimo. Primum enim Graecae urbanitatis est, oratorem, qui hoc loco novum consilium in medium profert, omniumque qui audiunt animos huic consilio conciliare studet, non absolute exprimere, omnes sibi assensuros esse, sed modeste de ceterorum hominum consensu judicare, praesertim cum hic in universum loquatur; nequit igitur sine ulla condicione dicere 'omnes concedent atque consentient'. Modestior autem et aptior fit oratio particula ἂν adjecta, qua significatur, oratorem bene animo tenere, ea, quae dicit, condicionibus quibusdam subjecta

esse, igitur non tam pro certo affirmari posse, quam si res omnibus numeris partibusque simplex esset et absoluta. Ergo particula ἄν rectissime codicibus tradita est. – Accedit alterum vel gravius argumentum, ex firmo et sibi constanti Dionysii usu dicendi petitum: verbum enim ἀνομολογεῖν in antiquitatum libris omnino non invenitur nisi uno loco ibique uno solo in codice Chisiano, dico

VII 22 (29, 31) quem apud Kiesslingium ita legimus: τί προςῆκεν ὄνομα θέσθαι τῇ δυναστείᾳ ταύτῃ τοὺς νοῦν ἔχοντας ἕτερον, ἢ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς καὶ πάντες ἂν ὁμολογήσαιτε, τυραννίδα; Quo loco Chisianus pro ἂν ὁμολογήσαιτε praebet ἀνομολογήσετε, quod ait Kiesslingius in praefatione recipere se debuisse. In codice autem Urbinate prorsus eadem ratione, qua eo qui tractari coeptus est loco, ἂν ὁμολογήσετε traditum est, futuri igitur indicativus cum ἄν conjunctus, atque adparet, hunc locum prorsus simili ratione compositum esse, qua prior ille, itaque tam arcte cum illo cohaerere, ut una eademque disputatione illustretur necesse sit; itaque statim simul cum illo hunc absolvamus, praesertim cum prior causa, qua codicum scripturam firmare studui, etiam hic valeat, id quod infra accuratius videbimus. — At primum, ut jam dixi, de verbo ἀνομολογεῖν quid sit statuendum, quaeramus; exstat igitur hoc uno loco uno in codice Chisiano; contra simplici verbo ὁμολογεῖν Dionysius saepissime usus est, nempe quadraginta duobus locis, iis quos tractamus, exceptis, activa, ut ita dicam, in forma adhibitum, duobus aliis I 28 (33, 27) et X 15 (23, 31) conjectura in ordinem verborum receptum; porro quinque locis in mediali quam dicunt forma ursurpatum; in passiva, ut dicunt, viginti tribus locis. Reliqua vero hujus verbi composita raro inveniuntur in antiquitatibus Romanis: διομολογεῖσθαι tribus locis in mediali forma adhibuit Dionysius: II 45 (169, 13) in oratione quam dicunt obliqua, ἐφ' οἷς δὲ γενήσονται δικαίοις αἱ διαλύσεις, τοὺς ἡγεμόνας αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν διομολογήσασθαι. — IV 55 (76, 9) τῶν Γαβίων μηδὲν

εἰς αὐτὸν παρανομήσειν διομολογησαμένων. — VI 28 (246, 32) ὑπεσχῆσθαι δ' αὐτῷ ἔφη τὴν βουλὴν ἐμπεδώσειν ὅ τι ἂν διομολογήσηται τῷ πλήθει κτλ. — Passive ursurpatum itidem tribus locis exstat: IV 57 (78. 23) ἐγέγραπτο δ' ἐν αὐτῇ (τῇ ἐπιστολῇ), μάλιστα μὲν ζῶντα παραδοῦναι τὸν υἱὸν αὐτῷ καὶ κομίζεσθαι τοὺς διωμολογημένους μισθοὺς κτλ., ubi verba καὶ κ. τ. δ. μισθοὺς tantummodo in Urbinate exstant. — X 22 (35, 20) Αἰκανοῖς δ' οὐ συγχωρεῖτε . . . ἀναπράττεσθαι δίκας, οὐθενὸς ἡμῖν διωμολογημένου περὶ αὐτῶν, ὅτε τὰς πρὸς ὑμᾶς ἐποιούμεθα συνθήκας. — XI 59 (167, 1) in oratione obliqua: ταῦτα δὲ γραφῆναί τ' ἤδη καὶ διομολογηθῆναι πρὸς ἀμφοτέρων. — Porro συνομολογεῖσθαι duobus locis passive usurpatum est: II 46 (169, 22) ἦν δὲ τὰ συνομολογηθέντα τοῖς ἀνδράσι . . . τοιάδε. — XI 49 (157, 24) in oratione obliqua: τὰ γὰρ ἐπὶ τῶν ἱερῶν συνομολογηθέντα τοῖς πατρικίοις πρὸς τοὺς δημοτικοὺς ἐπ' ἀδείᾳ τε πάντων γενέσθαι καὶ ἀμνηστίᾳ τῶν προτέρων. — Etiam compositi praepositione κατὰ conformati nulla alia forma nobis occurrit, nisi passiva, ipsa quoque uno solo loco, sed sine ulla codicum discrepantia, III 21 (241, 10) ἔρωτι κρατουμένη τῶν ἀνεψιῶν ἑνός, ᾧ καθωμολόγητο ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπὶ γάμῳ.

Quae res cum ita se habeant, videmus, id quod bene animadverti velim, omnia hujus verbi composita a Dionysio aut in passiva aut in mediali forma adhibita esse; qua de re vehementer dubito, num Dionysius, si omnino verbo ἀνομολογεῖν aut ἀνομολογεῖσθαι usus esset, id quod pro certo neque negari neque contendi potest, cum non omnes antiquitatum Romanarum libri integri nobis relicti sint, activam, an potius, quod mihi non solum multo veri similius, verum etiam unice verum videtur esse, medialem formam quam dicunt adhibuerit, quae est communis atque solita hujus compositi forma. Nimirum haud ignoro, a posterioris aetatis scriptoribus activam quam dicunt formam ἀνομολογεῖν magis magisque in consuetudinem loquendi receptam

esse; attamen idem valet de composito verbo διομολογεῖσθαι; sed ne hujus quidem verbi Dionysius alias formas usurpavit, nisi quae dicuntur mediales. Vix igitur ac ne vix quidem activa forma a Dionysio usurpata est. Conjectura autem hoc verbum compositum in Dionysii scripta intrudere prorsus non licere, non vereor ne mihi quisquam non concedat.

Itaque adparet, non solum priori loco mutationem Stephani respuendam esse, sed etiam altero quem attuli loco illud ἀνομολογήσετε Chisiani libri reiciendum esse prae vera ac genuina scriptura in Urbinate libro servata.

Quodsi vidimus altero loco Chisiani codicis scripturam neglegendam esse, jam alterum argumentum accedit, quo Urbinatis codicis scripturam necessariam esse demonstrari mihi videtur, prorsus eadem ratione, qua eo quem priorem laudavimus loco. Neque enim optativus aoristi cum particula ἄν conjunctus, qui a Kiesslingio in ordinem verborum receptus est, neque solus indicativus futuri, quem in adnotatione probat Kiesslingius, huic loco aptus esse videtur. Ostendit enim Marcius Coriolanus, potentiam tribunorum plebis multo majorem esse, quam ut tolerari possit; nullum ei tribui posse nomen nisi τυραννίδα. Ipse quidem persuasum habet, re vera munus illud esse tyrannidem, 'ὅπερ ἐστὶν ἀληθές', ac certo arbitratur, patres quoque sibi persuasuros esse rem ita se habere. Huic nexui minime aptus est incertus ille optativus, quo rationes tantummodo animo et cogitatione fictae significantur, sed multo majore fiducia opus est, qua Coriolanus adseveret, sine dubio ipsos patres secum consensuros esse. Atque hoc quod modo dixi item valet priori quem significavi loco VIII 8 (111, 6); itaque et illic et hic futuro et certa indicativi notione, sed ἄν particulae additamento temperata, opus est, quam ob ratiocinationem facere non possum quin Reiskii conjecturam, qui, ut dixi, priori loco aut ὁμολογήσωσιν (qui conjunctivus usui Dionysii prorsus repugnat, ut infra videbimus) aut optativum ὁμολογήσαιεν scribi

voluit, reiciendam putem. Indicativo carere non possumus. Ea autem re, quod tantummodo dicere potest Coriolanus, se pro certo habere vel putare, patres nomen illud probaturos esse, cum ipse de se ipso illud munus dicere possit re vera esse tyrannidem, hac quidem re commotus particulam ἄν, quae exstat optimo in codice, necessariam esse censeo. Tum demum, si scribimus cum Urbinate ἂν ὁμολογήσετε, discrimen, quod sane interesse debet inter duo illa effata, 'esse tyrannidem' et 'patres ipsos quoque eam ita appellaturos esse', adparet facillimeque sentitur.

Venimus ad alterum locum, quo codices omnes indicativum futuri cum ἄν conjunctum in interrogatione quam vocant directa tradunt:

XIV 9 (204, 8): dictator Camillus incitare studet Romanorum animos ad fortiter contra Celtas barbaros pugnandum: τί γὰρ ἂν δυνήσονται δεινὸν ἐργάσασθαι τοὺς ὁμόσε χωροῦντας αἱ βαθεῖαι κόμαι καὶ τὸ ἐν τοῖς ὄμμασιν αὐτῶν πικρὸν καὶ ὁ βλοσυρὸς τῆς ὄψεως χαρακτὴρ κτλ.; Ac nescio, cur non hac in scriptura genuina ac vera acquiescamus. Attamen alii aliter judicarunt, quorum argumenta, si quae protulerint, examinemus. Struvius quidem in doctissimis ac sagacissimis observationibus quae pertinent ad Dionysii fragmenta et excerpta, etiam hujus quem tractamus loci mentionem facit particulamque ἄν ex ordine verborum removendam censet, cum dicit: (opusc. I p. 185) dem Dionys möchte ich kein ἄν beim Indicativ des Futur zuschreiben. Die darüber von mir schon längst angefangene Untersuchung wird hoffentlich einst was genaueres bestimmen können. Ob ἄν ausgestrichen oder δύναιντο geschrieben werden müsse, entscheide ich nicht'. Quamvis autem studiose scripta viri doctissimi perscrutatus sim, disputationem quam promisit, non ad finem perductam esse cognovi; vides igitur, nullis argumentis hoc Struvii placitum niti, itaque meo me jure offendere in eo, quod Kiesslingius 'auctore Struvio' ἄν delevit in editione. —

G. Hermannus quidem, qui ceteroquin futuri indicativum cum ἄν conjunctum esse ab Atticis optimaeque aetatis scriptoribus in universum negat in dissertatione de particula ἄν conscripta locosque, quibus invenitur, aut interpretatione licet artificiosissima aut, si licet, alios secutus codices ex verbis scriptorum removere studet, hujus Dionysii loci non minus patrocinium suscepit, quam omnium, quibus pronomen interrogativum τίς ἄν cum futuri indicativo conjunctum exstat; ait ipse primo in libro dissertationis, quam memoravi (opusc. IV p. 35): 'non magis absurda est talis interrogatio, quam cum nos wer wohl vel wer etwa dicimus' locosque affert ex Euripide, Theocrito, Aeschine, Dinarcho, Isocrate; tum pergit (p. 36): 'jam, spero, nolet Struvius, quod suaserat in programmate XV in fragmentis Dionysii Halic ab Angelo Maio editis lib. XIV c. 15 τί γὰρ ἂν δυνήσονται . . . . . ; ita mutari, ut aut deleatur ἄν, aut δύναιντο reponatur'. Ac ne ego quidem perspicio, cur haec structura reicienda sit.

Primum enim quod attinet ad sententiam, perbene quadrat; ac ne Struvius quidem in sententia, quae indicativo futuri cum ἄν conjuncto efficitur, offendisse videtur, sed tantummodo hanc rariorem structuram a Dionysio alienam esse putavit. Hoc autem argumentum, si argumentum appellare vult Struvius, nihil valere jam omnes mihi concessisse existimo. Vidimus enim hanc constructionem a Dionysio re vera esse adhibitam. Tertium fortasse quis animo teneat, propter quod codicum scripturam respuendam putet, omnino indicativum cum ἄν conjunctum in interrogationibus quas dicunt directis offensionis esse, cum usitatior sit apud Dionysium optativus cum ἄν conjunctus. Concedo: est usitatior. Verum tamen indicativus non prorsus est inusitatus. Quid enim, si tibi infra non unum exemplum afferam? — Atque haec enuntiata quae dicuntur interrogativa, in quibus sententiae particula ἄν proprius color tribuitur, quoniam attuli, temperare mihi non possum, quin

utriusque generis, et id dico, quo in interrogationibus directis particula ἄν optativo et id, quo indicativo adjuncta est, exempla in medium proferam, quae in antiquitatibus Romanis nobis occurrunt; etenim id ipsum est, quod ante omnia ago, ut usum dicendi qualis sit apud Dionysium, quam plurimas spectans linguae rationes, quam accuratissime potero et planissime illustrem.

Ac primum quidem optativum cum particula ἄν conjunctum in interrogationibus hisce habes locis, idque ita, ut omnibus in codicibus ἄν scriptum exstet. Hic

I aut adjectum invenies enuntiatum quod dicunt condicionale vel causale: εἰ cum indicativo:

VII 17 (23, 24) τίνος γὰρ ἂν ἔτι γενοίμεθα, ἔφη, κύριοι τῶν ἄλλων, εἰ μηδὲ τοῦ λέγειν ἐσόμεθα; — VII 30 (38, 13) εἰ (om. Ba) γὰρ ἐν τοῖς μετέχουσι τῆς βουλῆς φοβερὸν ποιήσετε τὸ μὴ μετὰ παρρησίας ἃ φρονοῦσι λέγειν, τί ἂν (τί δ' ἂν libri, correxit Kiesslingius) εἴποιεν οἱ προεστηκότες ὑμῶν ἐπιεικές; — ὁπότε c. indicat: X 37 (58, 19) ὁπότε δ' οὐθὲν ἔχοντες ἐπιδείξασθαι μέγα καὶ νεανικὸν ἔργον . . . ἀναισχυντοῦσι καὶ οὐδ' ἐξελεγχόμενοι μεθίενται αὐτῶν, τίς ἂν ἀνάσχοιτο; — εἰ c. optat: VII 17 (23, 25) πῶς δ' ἂν τινι ὑμῶν βοηθεῖν δυναίμεθα (δυνάμεθα exstat in Urbinate), εἰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ συναγαγεῖν ὑμᾶς ἀφαιρεθείημεν; — VIII 7 (109, 18) φέρε δή, τίς ἂν εἴην ἀνήρ, εἰ δόξης καὶ τιμῶν . . . παρὰ τῶν εὖ παθόντων ἀποστερηθείς, . . . παρ' ὑμῖν δὲ ἅπαντα ταῦτα εὑρών, οἷς ἐκείνων χάριν ἐπολέμουν, εἰ (εἰ add. Kiesslingius ex B) μὴ γενοίμην χαλεπὸς μὲν οἷς ἀντὶ πολιτῶν ἐχθροῖς κέχρημαι, χρηστὸς δὲ οἷς ἀντὶ πολεμίων φίλοις; — VIII 24 (129, 22) τί ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὦ πρὸς Διός, εἴ τις ἔροιτό σε . . ; — VI 86 (315, 4) εἰ δὴ ταῦτα δόξειεν αὐτοῖς καὶ μηδὲν ἔτι δρῴη τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, ἆρ' ὅπως ἂν ἐπὶ πολὺ διαρκέσαι δυνηθείη τὸ σῶμα κτλ.; — VII 42 (51, 7) φέρε γάρ, εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο, τί μέγιστον οἴεσθε εἶναι τῶν καταλαμβανόντων κακῶν

τὰς πόλεις . . ., ἆρ' οὐχὶ τὴν διχοστασίαν εἴποιτ' ἄν; — I 81 (104, 15) εἰ δέ σε θανάτου τε καὶ ἄλλου παντὸς ἐκλυσαίμην κακοῦ, ἆρ' ἂν εἰδείης μοι χάριν κτλ.; — ἐάν c. conjunct.: V 65 (192, 27) Ῥωμαίοις δὲ . . . τίς τῶν νοῦν ἐχόντων ἐπιτιμήσειεν ἄν, ἐὰν (ἐὰν add. Sintenis: spec. Dionys. II [1862] p. 23) τῇ φιλανθρωπίᾳ ταύτῃ συμμάχους ἀντὶ πολεμίων τοὺς πένητας κατασκευάσωνται (sic A, κατασκευάσασθαι Ba κατασκευάσῃ Bb κατασκευάσασι Reiske; simplicissima mihi videtur esse Sintenisii ratio) τῇ πόλει γενέσθαι; —

II aut deest enuntiatum condicionale vel causale; tum

1. vel alia ratione condicio aut causa expressa est, veluti participio vel enuntiato relativo:

VI 49 (271, 13) πῶς γὰρ ἂν οὗτοι λέγοιντο (Kiesslingius conicit ἐπιδέχοιντο τὸ) προορᾶσθαί τι τῇ διανοίᾳ τῶν χρησίμων ἢ δυνατῶν, οἵτινες ὑπολαμβάνουσι τηλικαύτην πόλιν, . . . ἤδη ἐπίφθονόν τε καὶ λυπηρὰν τοῖς περιοίκοις γενομένην, ἢ δίχα τοῦ δημοτικοῦ δυνήσεσθαι κατέχειν τε καὶ σώζειν τὰ ἔθνη ῥαδίως ἢ ἕτερον ἐπάξεσθαι δῆμον κτλ.; — XIX 18 (248, 28) πῶς δ' ἂν ὑπομεῖναι δυναίμην ἐγὼ τοῦ βίου μεταβολήν, ὀψὲ δουλεύειν διδασκόμενος; — IV 80 (105, 1) καὶ τίς ἂν ὑγιαίνων, ταῦτα φήσειεν, ὁρῶν ὡς οἰκτρῶς καὶ κακῶς ἅπαντες ὑπ' αὐτοῦ διατεθείμεθα; — VI 8 (221, 8) καὶ τίς ἂν τοῦτο φήσειε νοῦν ἔχων; — VII 42 (51, 26) τίς δ' οὐκ ἂν ὑμῶν καταγνοίη, πολλὴν ἄνοιαν καὶ μανίαν ἐνθυμούμενος (ἐνθυμουμένοις B); — VII 45 (54, 29) πῶς δ' ἂν ἑτέροις ἀδικεῖσθαι λέγουσι βοηθήσαιμεν, οἷς γε μηδ' αὐτοῖς ὑπάρχει τὸ ἀσφαλές; — VIII 32 (141, 26) τίς δ' [οὐκ] ἂν ἐπαινέσειέ με (οὐκ delevit Sylburgius) ἀκούσας, ὅτι τοὺς μὲν φίλους . . . πολεμίους εὗρον, τοὺς δ' ἐχθροὺς . . . φίλους, ἀντὶ τοῦ μισεῖν μὲν τὰ μισοῦντα, φιλεῖν δὲ τὰ φιλοῦντα, τὴν ἐναντίαν γνώμην ἔσχον; — VIII 39 (149, 19) καὶ τί πράττουσαι ἂν ἡμεῖς αἱ γυναῖκες διασῶσαι δυνηθείημεν τὴν πατρίδα τῶν ἀνδρῶν ἀπειρηκότων; — VIII 32 (141, 20) φέρε δή, τίνα λαβὼν καρδίαν προδοίην ἂν ἔτι τούτους,

ἐφ' ὧν τηλικαύταις κεκόσμημαι τιμαῖς, οὐθὲν οὔτε μεῖζον οὔτε ἔλαττον ἀδικηθείς; — IX 29 (270, 20) τίς γὰρ ἂν ὑπομείνειεν ἄνθρωπος ὢν ἅπαντα εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν; — XIX 12 (240, 12) τί δ' ἄν με δράσειεν εἷς ὢν τοσούτους ἔχοντα περὶ ἐμαυτόν; — XIX 16 (245, 29) ἃ δ' ἐστὶν ἐν ἐμοί, τούτων μεταδιδοὺς καὶ πόλει καί φίλοις, οὐκ ἂν ἡγησαίμην αἴτιον ἐμαυτόν; — XIX 18 (249, 10) αὐτῶν δὲ τούτων . . . τίς γένοιτ' ἂν ἱλαρὰ χρῆσις οὐκ ἔχουσα τὸ βέβαιον; —

2. vel omnino non significatur condicio aut causa:

VII 52 (64, 19) δίκαιον δὲ φύσεως ἀνομοθέτητον, ὦ βουλή, πῶς ἂν εἴη τοῦτο; — VIII 30 (137, 19) ἀλλὰ πόλιν ὅλην τίς δύναιτ' ἂν καυχήσασθαι στρατηγὸς ἢ λοχαγὸς ἑλών, ὥςπερ ἐγὼ τὴν Κοριολανῶν; — VIII 30 (138, 5) καὶ τίς ἂν ἔχοι δεῖξαί τινα διὰ τὰς ἐμὰς παρανόμους ἡδονὰς ἢ τὴν πατρίδα φεύγοντα ἢ τὴν ἐλευθερίαν ἀπολωλεκότα κτλ.; — XIX 15 (244, 13) τί γὰρ καὶ παθὼν ἐγκαλοίην ἂν αὐτῇ; — V 75 (206, 22) ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἅπασι τὰ καλὰ καὶ δίκαια ὁριζούσης πόλεως, καὶ περὶ τῶν εἰς τοῦτο καταστησαμένων αὐτὴν τό ἀξίωμα ἡγεμόνων, ἃ τίς οὐκ (οὐκ addidit Reiskius) ἂν σπουδάσειε μὴ ἀγνοεῖν φιλόσοφος καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ συγγράφω. — VI 52 (274, 19) καὶ τίς ἂν ὑπομείνειε τὰ οἰκεῖα παραλιπὼν ἀγαθὰ τῶν ἀλλοτρίων γλίσχρως μεταλαβεῖν κακῶν; — VII 31 (39, 6) πῶς ἂν ὑμεῖς ἐνέγκοιτε (ἐνέγκαιτε A Ba, probavit Jacobyus: acta societ. philol. Lips. I 2 p. 297) τὴν αὐθάδειαν τοῦ συνεδρίου; καὶ τί ἂν εἴποιτε; — VIII 24 (129, 28) τί πρὸς ταῦτα φαίης ἄν; — X 11 (16, 11) καὶ τίς ἂν τοὺς ταῦτα λέγοντας ὑγιαίνειν φήσειεν κτλ.; — X 51 (76, 23) καίτοι τί γένοιτ' ἂν ἀτύχημα πόλει μεῖζον ἢ τοὺς κρατίστους τῶν ἀνδρῶν περικόπτεσθαι; —

Videmus igitur semper additam particulam ἄν, neque omnino tales interrogationes apud Graecos omisso ἄν exstant nisi perpauca exempla apud poetas, quae viri docti optimo jure mutarunt. Itaque haerebis, ut hoc in transcursu addam, in loco, qui exstat VI 53 (275, 7) et sic in codicibus traditur: ὁ δ'

ἐπίκλητός γε οὑτοσὶ καὶ ἐπίσκηνος ὄχλος, εἰ γένοιτο ἡμῖν σύνοικος, οὐδενὸς αὐτῷ τούτων ἐνθάδε ὄντος, ὑπὲρ τίνος ἀξιώσειε κινδυνεύειν ἀγαθοῦ, εἰ μή τις αὐτῷ γῆς τε ὑπόσχοιτο μέρη δώσειν καὶ πόλεως μοῖραν κτλ.; et Pflugkii in castra abibis, qui ἄν inserendum esse censuit eadem ratione, qua Kiesslingius ipse quoque altero loco VII 31 (39, 8), quem in editione ita tradit: ἆρ' οὐκ ἀγανακτήσαιτε καὶ δεινὰ φαίητε πάσχειν, εἰ τὴν παρρησίαν ἀφαιρήσεταί τις ὑμᾶς καὶ τὴν ἐλευθερίαν κτλ.; quo codicum scriptura ἀγανακτήσετε propter sequens φαίητε a Sylburgio suo jure in optativum mutata est; etenim in adnotatione critica dicit Kiesslingius, ἄν inserere se debuisse. (Kruegerus in iis, quas indici artis grammaticae Graecae adjecit, conjecturis etiam hunc laudat locum ac restitui ita vult, ut servato indicativo futuri ἀγανακτήσετε scribatur φαίητ' ἄν; itaque ipse quoque ἄν necessarium censet.) Atque cum primum illum a quo exorsus sum locum tractarem in exercitationibus seminarii philologici, prorsus cum Pflugkio faciendum esse statui, qui scribi proposuit ἀξιώσειεν ἄν; nunc vero, a Kiesslingio ipso admonitus remque ipse iterum perscrutatus, huic adsentiar, ἄν non post optativum, sed post pronomen τίνος inserendum esse, qua de mutatione nemo dubitabit, qui attente exempla, quae modo attuli, respexerit. Praeter hos duos locos, ut nihil omittam, sed totam quaestionem plane absolvam, duo exstant, quibus nonnullis in codicibus ἄν omissum, rectissime autem aut ab aliis aut a Kiesslingio demum in ordinem verborum receptum est: I 54 (66, 26) ἐπεὶ φέρε τίνας ἂν αἰτίας ἔχοι τις ὑποθέσθαι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ αὐτοῦ μνημάτων, εἰ μήτε ἦρξε τούτων τῶν χωρίων μήτε καταγωγὰς ἐν αὐτοῖς ἐποιήσατο μήθ' ὅλως ἐγνώσθη πρὸς αὐτῶν; quo loco ἄν ex A B receptum est — XI 17 (112, 17) πῶς γὰρ ἂν ἄλλως γένοιτό τι τῶν ὑπὸ τοῦ δήμου ψηφιζομένων κύριον, ἐὰν μὴ κατὰ νόμους γένηται; ubi ἄν omissum est in Laurentiano hujus partis antiquitatum optimo

libro manuscripto et in Vaticano, exstat autem jam in editione Sylburgiana.

Jam afferam eos locos, quibus indicativus cum ἄν conjunctus in interrogationibus quae vocantur directis exstat. Sine ulla codicum discrepantia et omissa condicione:

IV 47 (67, 24) τίς γὰρ ἂν τῶν νοῦν ἐχόντων Μαμίλιον τὸν εὐγενέστατόν τε καὶ κράτιστον Λατίνων ἀπεώσατο, τοῦτον δὲ (Τύρνον) κηδεστὴν ἠξίωσε λαβεῖν, ὃς οὐδὲ εἰς τρίτον πάππον ἀνενεγκεῖν ἔχει τὸ γένος; — VII 50 (61, 25) τί γὰρ ἂν τὸ κωλῦσον ἦν, . . . κἀμὲ μετὰ τοῦτον (Μάρκιον) ἀπολωλέναι διασπασθέντα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν . .; — IX 22 (258, 21) οἱ δὲ πατέρες αὐτῶν, τοσαύτης κατασχούσης τὸ γένος ἐρημίας οὐκ ἂν ἑκόντες τε καὶ ἄκοντες ἑτέρους παῖδας ἐποιήσαντο, ἵνα μήτε ἱερὰ ἐκλειφθῇ πατρῷα μήτε δόξα τηλικαύτη διαφθαρῇ γένους; — XIX 15 (245, 4) ὁπότε δὲ πενόμενος οὐδὲν παρὰ τοῦτ' ἔλαττον ἔχω τῶν πολλὰ κεκτημένων, τί παθὼν ἂν κατηγόρησα (κατηγόρηκε Monacensis, κατηγόρηκα Vaticanus, correxit Kiesslingius; indicativus igitur cum ἂν conjunctus hac codicum discrepantia non in dubium vocatur) τῆς τύχης, ὅτι οὐχ ὑμῖν ἐξίσωσε τοῖς βασιλεῦσιν, οἷς ὁ πολὺς θησαυρίζεται χρυσός; — — Condicionalis sententia adjecta est: VII 54 (66, 11) εἰ δὲ τἀναντία ἡμᾶς ἐγίγνωσκες ἐπιτηδεύοντας, - ἀνόσια μὲν φρονοῦντας περὶ θεούς, ἄδικα δὲ πράττοντας πρὸς ἀνθρώπους, τί ἂν (τί ἂν ἄλλο maluit Reiskius) ἡμῖν τούτου συνεβούλευες ἔργον ὑπομεῖναι δεινότερον, ἀφ' οὗ πρόρριζοι καὶ πανώλεις . . . διαφθαρησόμεθα; —

Dissentiunt codices VII 17 (23, 26), quem locum supra jam attuli: πῶς δ' ἂν τινι ὑμῶν ἀδικουμένῳ πρὸς αὐτῶν βοηθεῖν δυναίμεθα (in Urbinate δυνάμεθα), εἰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ συναγαγεῖν ὑμᾶς ἀφαιρεθείημεν; nimirum vera scriptura est δυναίμεθα.

Duobus locis, ut hoc addam, etiam in indirectis quas dicunt interrogationibus invenitur indicativus cum ἂν conjunctus,

nisi praeferendum sit, etiam hic directam statuere interrogationem:

III 17 (235, 30), qui apud Kiesslingium ita exstat: φανερὸν ποιήσατέ μοι, τί δή ποτ' ἂν αὐτοὶ προείλεσθε πράττειν ἄνευ τοῦ πατρὸς περὶ τῶν ἰδίων βουλευσάμενοι· quo loco et Sylburgius et Reiskius directam constituerunt interrogationem. VII 43 (53, 1) ubi omnibus in editionibus indirecta exstat: καὶ ἅμα γνώμῃ χρήσασθε οἰκείᾳ πρὸς τὰ λεγόμενα ἐνθυμηθέντες, εἰ τῶν δημοτῶν ἡμῶν ἐπεχείρησέ τις ἐν τῷ πλήθει τοιαῦτα λέγειν ἢ πράττειν καθ' ὑμῶν, οἷα Μάρκιος ἐτόλμησεν ἐνθάδε εἰπεῖν, ποῖόν ποτ' ἂν (τοῖον B) ὑμῖν παρέστη πρὸς αὐτὸν πάθος· At in universum id tenendum est, apud Dionysium in enuntiatis relativis fere uniuscujusque generis indicativum non raro cum ἄν conjungi, quem usum ab Atticorum optimorum ratione dicendi alienum et demum apud posterioris aetatis scriptores inveniri a viris doctis docemur.

Atque ut revertamur, unde degressi sumus, haec omnia si respicimus, neminem et ne Struvium quidem, si iisdem, quibus nobis uti licet, adjumentis nisus neque opinione praejudicata deceptus (quod probrum longe absum ut viro doctissimo objectem) hanc quaestionem sane multo sagaciori ratione et ingenio, quam per me licuit, accuratius pertractasset, dubitaturum fuisse mihi pro certo est, quin scriptura eo quem tractavimus loco τί γὰρ ἂν δυνήσονται-ἐργάσασθαι intacta servanda sit.

Tertius locus, quo sine ulla codicum discrepantia indicativus futuri cum ἄν conjunctus est, legitur:

VI 24 (241, 28), qui in codicibus ita traditur ἐὰν δ' ὑποκατακλινώμεθα αὐτοῖς τῆς ἀξιώσεως, πρῶτον αἰσχύνην ὀφλήσομεν, εἰ παρὸν ἐν ἀριστοκρατίᾳ πολιτεύεσθαι δήμῳ τὰ κοινὰ ἐπιτρέψομεν· ἔπειτ' ἂν εἰς κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον ἥξομεν, εἴ τις ἐκθεραπεύσας αὐτὸν ἐξουσίαν κρείττονα τῶν νόμων κατασκευάσαιτο τυραννικὸς ἀνήρ, τὴν ἐλευθερίαν αὖθις ἀφαιρεθῆναι Quaeritur enim, utrum plebs Romana aere

alieno crudelitateque creditorum liberanda sit. Consul Appius Claudius censet, nihil plebi indulgendum, immo omnibus viribus a patriciis resistendum esse; nimis enim magnos spiritus eam sumpsisse tributis ac vectigalibus, quae regibus penderi debuissent, abolitis; patricios autem ipsos plebejis longe praestare et animis et copiis, porro summum iis esse praesidium et invictum, legitimam videlicet senatus potentiam, qua leges secuti facile plebem terrerent. Tum pergit iis quae adscripsi verbis. — Cum primum, quid hoc loco scribendum esset, inquirerem, etiam hic manum Dionysii codicibus tradi credebam. Nunc autem re iterum iterumque perpensa novas exsistere video difficultates, si quae in libris produntur retinemus, easque intolerabiles, quibus animadversis et examinatis non potest non fluctuare judicium, ita ut a priori sententia prorsus esse decedendum censeam. Duabus vero praecipue causis coactus sum non permanere in sententia.

Primum enim id offensioni est, quod particula ἄν tam ampla vocabulorum serie ab ipso verbo, ad quod pertinet, diremta, neque vero negativae cuidam notioni vel pronomini vel similibus adjecta est, qua re disjunctio illa non solum excusari possit, sed etiam usitata atque amata fuerit. Accedit alterum: habemus connexum sententiarum, quae ratione quam dicunt condicionali inter se cohaerent; condicio ipsa particula εἰ et optativo expressa. Jam vero neque apud alios Graecorum scriptores, quod quidem ego cognoverim (Homericis carminibus exceptis, in quibus non nusquam reperitur, quod mox dicam) neque apud Dionysium, id quod pro certissimo contendere possum, ullo loco tale enuntiatum condicionale sequitur indicativus primarii quod dicunt temporis cum ἄν conjunctus, sed semper aut solus indicativus aut optativus cum particula ἄν coniunctus, aut non nusquam etiam nudus optativus, quem vero apud Dionysium jure ac recte in dubium vocare licuerit, qua de re postea accuratius; harum usus rationum infra data

occasione exempla, quae hunc locum spectant, ex Dionysii antiquitatibus afferam. — Ne quis mihi opponat locum Platonis: apolog. 29 C ὅς ἔφη ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰςελϑεῖν, ἢ, ἐπειδὴ εἰςῆλϑον, οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναί με, λέγων πρὸς ὑμᾶς, ὡς, εἰ διαφευξοίμην, ἤδη ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς ἐπιτηδεύοντες ἃ Σωκράτης διδάσκει πάντες παντάπασι διαφϑαρήσονται. Hoc enim loco optativus διαφευξοίμην nulla alia de causa positus est, nisi quod habemus orationem quam vocant obliquam; in directa oratione fuit ponendus indicativus futuri. Ac ne id quidem hoc loco neglegendum, sed, quoniam attigi, commemorandum puto, usum illum, quem saepissime in Atticorum scriptis confirmatum invenimus, quo optativum de particula εἰ pendentem sequatur in enuntiato primario indicativus temporis secundarii cum ἂν conjunctus, nullo antiquitatum exemplo comprobari posse, nisi forte unum locum, quem nfra adscripsi, huc quadrare velis VI 85 (313, 27) ubi infinitivo negato aoristi medii, ut dicunt, particula ἂν adjecta est, id quod hoc uno tantum loco invenitur: ἡμῖν μὲν-τοῖς ἐκ τοῦ συνεδρίου μία πίστις ἀπόχρη περὶ τοῦ μὴ ἂν ποτε ὑμᾶς γενέσϑαι περὶ ἡμᾶς εἰ κατέλϑοιτε κακούς, τροφάς τε ὑμῖν ἀγαϑὰς συνειδόσι κτλ.; attamen concedes, alium esse infinitivum, alium indicativum. Verum sine ἂν particula saepissime traditur forma temporis secundarii, quae omnia afferre exempla longum extraque propositum mihi esse videtur; exscripsi mihi centum et undecim locos, quibus aut imperfecti vel indicativus vel infinitivus vel participium, aut aoristi vel indicativus vel infinitivus vel participium, aut aliae formae veluti plusquamperfecti in enuntiato primario usurpatae sunt. Adparet igitur, optimo jure viros doctos eo quem tractamus loco, de integritate librorum manuscriptorum scripturae dubitasse. Attamen Sylburgius non offendit, sed retinuit, quae in codicibus invenit: ἔπειτα ἂν εἰς κ. οὐ τ. ἐ. ἥξομεν. εἴ τις κατασκευάσαιτο. Reiskius vero hiatu, qui apud Sylburgium offensionis est, sublato ἔπειτ' ἂν

cum libris restituto, adnotat: 'num ἥξοιμεν (in optativo futuri) ob praemissum ἄν', qua argumentatione adparere videtur, Reiskium nullam aliam propter causam hoc loco offendisse, nisi quod indicativus futuri cum particula ἄν conjunctus est. Quodsi hanc Reiskii conjecturam accuratius examinamus, primum — nam omnino formae optativi futuri non ita saepe in libris nobis occurrunt — fatendum est, in ipso solo futuri optativo nihil inesse, quo offendamur. Inveniuntur enim non nullae formae, velut I 41 (50, 20) (ὁ δ' ἀληθέστερος [scil. λόγος] τοιόςδε· ὡς Ἡρακλῆς ἅπασαν ἐπῆλθε τὴν ἐντὸς Ὠκεανοῦ . . . .) ποταμοὺς ἐκτρέπων ἐπικλύζοντας πεδία καὶ τἆλλα μηχανώμενος, ὡς ἅπασα γῆ καὶ θάλαττα κοινὴ ταῖς ἁπάντων χρείαις γενήσοιτο. — I 82 (106, 5) Ἀμόλιος δὲ ἀπειλῇ βασάνων καταπληξάμενος τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ λέξει (pro quo in AB λέξοι traditur, quod mihi non ineptum videtur) τὰς ἀληθείας ἑκών, πρῶτον μὲν εἰ ζῶσιν οἱ παῖδες ἤρετο. — VII 67 (87, 10) ἐξῄει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὰς πύλας, οὐθενὶ δηλώσας ὅπου τὴν ἀπαλλαγὴν ποιήσοιτο. — X 57 (84, 24) ἐλέχθη τε ὑπὸ πολλῶν, ὡς οὐδὲν ἔτι δεήσοι δήμου προστατῶν. — XI 35 (138, 23) τὸ τῆς τύχης ἀνεκλαίοντο παράλογον, εἰς οἵας ὕβρεις καὶ προπηλακισμοὺς ἐλεύσοιτο ἐξ οἵων ἀγαθῶν.

Porro ne id quidem diffiteberis, usitatam esse ac tritam eam sententiarum conjunctionem non solum apud optimae aetatis scriptores, sed etiam apud Dionysium, qua optativus pendeat ex particula εἰ et sequatur vel antecedat in enuntiato primario optativus cum ἄν conjunctus; id quod exemplis probabo. Si etiam hic omnia significo quae exstant, ea respici velim, quae supra de proposito meo exposui. Habemus igitur

I. in apodosi quam vocant optativum praesentis temporis cum ἄν conjunctum hisce locis, et ita quidem, ut in enuntiato condicionali positus sit

a. optativus praesentis temporis, ex particula εἰ pendens;

I 23 (28, 1) περὶ ὧν πολὺς ἂν εἴη λόγος, εἰ βουλοίμην

τὴν ἀκρίβειαν γράφειν. — VII 24 (31, 23) *καὶ τὸ λοιπὸν οὐκ ἂν ἔτι δύναιτο πολὺν ἀντισχεῖν χρόνον ὑπ' ἀχρηματίας, εἰ σπανίους τε καὶ τιμίας ἔχοι τὰς ἀγοράς.* — XI 12 (107, 2) *πολὺς γὰρ ἂν εἴη ὁ λόγος, εἰ πάσας ἐξαριθμεῖσθαι βουλοίμην τὰς ἀπολογίας.*

b. optativus aoristi temporis, pendens ex particula *εἰ*:

VII 17 (23, 27) in enuntiato interrogativo, quod supra jam adscripsi *πῶς δ' ἄν τινι ὑμῶν ἀδικουμένῳ πρὸς αὐτῶν βοηθεῖν δυναίμεθα* (*δυνάμεθα* in Urbinate), *εἰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ συναγαγεῖν ὑμᾶς ἀφαιρεθείημεν*; — item interrogationem habes VIII 7 (109, 18) *τίς ἂν εἴην ἀνήρ, εἰ δόξης καὶ τιμῶν, ὧν προσῆκέ μοι παρὰ τοῖς ἐμαυτοῦ πολίταις τυγχάνειν, παρὰ τῶν εὖ παθόντων ἀποστερηθεὶς . . . . εἰ* (*εἰ* addidit Kiesslingius ex Urbinate) *μὴ γενοίμην χαλεπὸς μὲν οἷς ἀντὶ πολιτῶν ἐχθροῖς κέχρημαι, χρηστὸς δὲ οἷς ἀντὶ πολεμίων φίλοις*; — VI 38 (257, 18—23), ubi in enuntiato condicionali et indicativus et optativus juxta positi sunt acuto ac subtili discrimine: *πάντων ἂν εἴην ἀνθρώπων ἀφρονέστατος* (ait Appius Claudius, qui superiori anno consul fuerat), *εἰ πέρυσι μὲν ὕπατος ὢν ἀντιπράττοντός μοι τοῦ συνυπάτου καὶ τὸν δῆμον ἐπισείοντος ἀντέσχον καὶ διέμεινα ἐπὶ τῶν ἐγνωσμένων, νῦν δ' ἰδιώτης ὢν ῥίψαιμι ἐμαυτὸν καὶ τὴν παρρησίαν καταπροδοίην.* — III 28 (260, 13) *οὐκ ἂν εἴημεν ἄνδρες, οἵους ἡμᾶς προσήκει εἶναι, εἰ μὴ τιμωρησαίμεθα τοὺς προδότας.* — VII 29 (37, 4) *εἰ δὲ βουληθείητε ἀκριβῶς ἐξετάσαι τὰ διάφορα, δικαιότερον ἂν ἡμεῖς οἱ πατρίκιοι τοῦ δήμου κατηγορείημεν, ἢ τὴν βουλὴν ὑμεῖς ἔχοιτε δι' αἰτίας.* — VIII 10 (113, 18) *πολλὴ γὰρ ἂν εἴη κακότης, εἴ τις ἃ μετ' ἀρετῆς καὶ ἀνδρείας ἐκτήσατο, ταῦτα ὑπὸ μωρίας τε καὶ δειλίας ἀφαιρεθείη.*

II. In apodosi quam vocant optativus aoristi temporis cum *ἂν* conjunctus exstat hisce locis atque ita, ut in enuntiato condicionali habeamus

a. optativum praesentis temporis, qui pendet ex particula *εἰ*:

VIII 48 (161, 11) ubi optativus praesentis et optativus aoristi copulati sunt: *τοῦτο δὲ γένοιτ' ἄν, εἰ νῦν μὲν ἀναστήσας τὴν στρατιὰν ἀπαγάγοις ἐνιαυσίους ποιησάμενος ἀνοχάς, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ πρέσβεις ἀποστέλλων τε καὶ δεχόμενος ἀληθῆ φιλίαν πράττοις καὶ διαλλαγὰς βεβαίας.* — X 36 (55, 30) *ἐγὼ — καθ' ἕκαστον ἔργον τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων εἰ βουλοίμην λέγειν, ἐπιλίποι ἄν με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος.* — Discrepant codices VII 41 (50, 23) *οὕτω δ' ἂν ἡμῖν τὸ μὴ μεῖον ἔχειν τῶν δικαίων ἀποδοίητε, ὦ πατέρες, εἰ τοὺς ἐπιχειροῦντας εἰς τὰ σώματα ἡμῶν καὶ τὴν ἐλευθερίαν παρανομεῖν κωλύοιτε* (pro quo optativo Urbinatis manus altera *κωλύητε* falso praebet).

b. optativum aoristi temporis, qui pendet ex particula *εἰ*:

I 36 (43, 2) *καὶ εἴ τις χώρας ἀρετὴν ἐξετάζειν ἐθελήσειεν, ἐξ ἧς γένος τὸ ἀνθρώπων πλείστας εὐφροσύνας ἐκαρπώσατο γενόμενον εὐθὺς εἴτ' ἐκ γῆς ὡς ὁ παλαιὸς ἔχει λόγος, εἴτ' ἄλλως πως, οὐκ ἂν εὕροι ταύτης τινὰ ἐπιτηδειοτέραν.* — I 58 (72, 12) *σώζεσθαί τε ὑμᾶς περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, εἴ μοι δῆλοι γένοισθε οἰκήσεως δεόμενοι ἥκειν.* — III 7 (218, 20) *ἀφόρητοι γὰρ ἂν γένοισθε ὑπὸ βαρύτητος, εἴ τι πεισθείητε περὶ ἡμῶν τοιοῦτον, καὶ οὐδὲν ἂν τῶν μετρίων ὑπομείναιτε ποιεῖν, ὡς κρατοῦντες ἤδη τῷ πολέμῳ.* — VI 35 (255, 14) *θαυμάσαιμι δ' ἄν, εἰ μὴ καὶ ἑαυτὴν διεργάσαιτο* (*διεξεργάσαιτο* in Urbinate et Chisiano, correxit Reiskius) *καὶ παράσχοι τοῖς ἐχθροῖς δίχα πόνου τὸ κράτος.* — VI 53 (275, 27) *στρατιωτικὴν γὰρ οὔτε ὁρῶ συμμαχίαν ἡμῖν οὐδεμίαν συνεστῶσαν οὔτ', εἰ φανείη τις ἐκ τοῦ ἀδοκήτου, παραινέσαιμ' ἂν ὑμῖν παραδέξασθαι αὐτήν.* — VI 56 (278, 10) *τίνος οὖν χάριν, εἴ τις ἔροιτό με, τὰς προκλήσεις οὐ δέχεται τὰς ἡμετέρας ὁ δῆμος, ὅτι νὴ Δία, φαίην ἄν, ἄχρι τοῦδε λόγων ἀκούει παρὰ τῆς βουλῆς, ἔργον δὲ οὐδὲν ὁρᾷ γινόμενον.* — IX 22 (258, 15) *εἰ δὲ δὴ καὶ τοῦτο θείη τις, ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐκ ἂν ἔτι συγχωρήσειε, τὸ μηδ' ἀδελφοὺς αὐτῶν εἶναί τισιν ἡλικίαν ἔτι παίδων ἔχοντας.* — Interrogationes invenies ita compositas hisce locis: VI 86

(314, 13—315, 3) εἰ δὴ λάβοι τὰ μέρη τοῦ ἀνθρωπείου σώματος ἰδίαν αἴσθησιν καθ' αὑτὰ καὶ φωνήν, ἔπειτα στάσις ἐν αὐτοῖς ἐμπέσοι . . . καὶ λέγοιεν . . . εἶτα φαῖεν πρὸς τὴν γαστέρα· Σὺ δέ, ὦ χρηστή, τί τούτων ποιεῖς; . . . εἰ δὴ ταῦτα δόξειεν αὐτοῖς καὶ μηδὲν ἔτι δρῴη τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, ἔσθ' ὅπως ἂν ἐπὶ πολὺ διαρκέσαι δυνηθείη τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τῷ κακίστῳ τῶν μόρων ἀναλωθείη, λιμῷ; I 81 (104, 14) εἰ δέ σε θανάτου τε καὶ ἄλλου παντὸς ἐκλυσαίμην κακοῦ, ἆρ' ἂν εἰδείης μοι χάριν καὶ δεομένῳ ὑπουργήσειας ὃ κοινὸν ἀμφοῖν ἔσται ἀγαθόν; — VI 53 (275, 6) ὁ δὲ ἐπίκλητός γε καὶ ἐπίσκηνος ὄχλος, εἰ γένοιτο ἡμῖν σύνοικος, ὑπὲρ τίνος ἀξιώσειε κινδυνεύειν ἀγαθοῦ, εἰ μή τις αὐτῷ γῆς τε ὑπόσχοιτο μέρη δώσειν καὶ πόλεως μοῖραν κτλ.; ubi τίνος ἂν legendum esse supra vidimus. — VII 42 (51, 5) φέρε γάρ, εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο, τί μέγιστον οἴεσθε τῶν καταλαμβανόντων κακῶν τὰς πόλεις . ., ἆρ' οὐχὶ τὴν διχοστασίαν εἴποιτ' ἄν; — VIII 24 (129, 22) τί ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὦ πρὸς Διός, εἴ τις ἔροιτό σε κτλ.; — — Dissentiunt codices, cum in Urbinate solo ἄν particula addita est: IV 13 (21, 3) εἰ δὲ τῷ τείχει τῷ δυσευρέτῳ μὲν ὄντι διὰ τὰς περιλαμβανούσας αὐτὸ πολλαχόθεν οἰκήσεις . . . βουληθείη μετρεῖν αὐτὴν (τὴν πόλιν) κατὰ τὸν Ἀθηναίων κύκλον τὸν περιέχοντα τὸ ἄστυ, οὐ πολλῷ τινι μείζων ὁ τῆς Ῥώμης ἂν αὐτῷ φανείη κύκλος.

Desunt exempla, quibus εἰ vel cum optativo futuri vel cum optativo perfecti conjunctum in sententia condicionali exstare confirmetur.

Optativum perfecti (εἰδείης) cum ἂν conjunctum uno loco idque in enuntiato interrogativo, quod dicunt, invenies in apodosi post εἰ cum optativo aoristi I 81 (104, 14), qui locus est inter eos, quos jam attuli.

Haec sunt exempla, quibus in apodosi optativus cum ἄν conjunctus est, in enuntiato condicionali εἰ cum optativo. Vides igitur, futuri optativum cum ἄν conjunctum nullo loco reperiri

nisi hoc, quem tractamus, a Reiskio conjectura illatum. At neque Reiskius neque alius quis tali in sententiarum nexu omnino futuri optativum inveniri comprobaverit neque in enuntiato condicionali neque in apodosi quam dicunt, nisi in oratione obliqua, in qua hunc optativum etiam a Dionysio adhibitum esse, exemplis supra allatis comprobatur, velut etiam apud Xenophontem Hellen. II 4, 4 γιγνώσκοντες δὲ ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἀγρῶν λεηλατήσοιεν, εἰ μή τις φυλακὴ ἔσοιτο, διαπέμπουσιν εἰς τὰς ἐσχατιὰς ὅσον πεντεκαίδεκα στάδια ἀπὸ Φυλῆς τούς τε Λακωνικοὺς πλὴν ὀλίγων φρουροὺς καὶ τῶν ἱππέων δύο φυλάς, saepiusque; neque optativus futuri cum ἄν conjunctus omnino ullo loco pro certo probari potest, id quod Kuehnerus docet.

Quae res cum ita se habeant, extra dubitationem positum est, Reiskii conjectura nequaquam omnes difficultates expediri, immo novas et non spernendas afferri. Ac remanet illa, quam initio commemoravi, quod ἄν particula tot verbis ab optativo, quem spectat, disjuncta est, nulla, quae ceteroquin valere possit, excusatione hic quadrante. Quae cum ita sint,

Kiesslingius conjecit, in particula ἄν nihil aliud latere, nisi vocalem α vocis ἔπειτα, et, scriptura codicum ceteroquin conservata, ἄν ex ordine verborum removit particulamque δὲ, ut hiatus evitetur, introduxit, ita verba corrigens: ἔπειτα δ' εἰς κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον ἥξομεν. Itaque haberemus in sententia primaria indicativum futuri, in sententia condicionali optativum de particula εἰ pendentem. Atque hanc structuram non minus amasse videtur Dionysius, quam Atticorum scriptores, id quod haec demonstrent exempla:

1. In enuntiato primario indicativus futuri, qui vel non pendet ex alio tempore vel pendet ex temporibus primariis; in enuntiato condicionali

a. εἰ cum optativo praesentis conjunctum:

III 14 (232, 16) οὓς εἰ διδάσκοιμεν, ὅτι θεία τις ἔφθακε τύχη τὰς ἀνθρωπίνας σπουδὰς αὐτὴ παρασχοῦσα τοὺς ἐξ ἴσου

τὸν ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀγῶνα ποιησομένους, οὐ χαλεπῶς πείσομεν. — III 23 (248, 14) αἰσχύνης μεστὸν καὶ ὀδύνης ἔχων τὸν βίον διατετέλεκα καίτοι τιμηθείς γε ὑπὸ τοῦ βασιλέως αὐτῶν τῇ αὐτοκράτορι ἀρχῇ, ἣν τρίτον ἔτος ἤδη τοῦτο ἔχω καὶ εἰ βουλοίμην μέχρι παντὸς ἕξω. — III 29 (261, 24) οὐκ ἔσται βέβαιος ἡμῖν ἡ πρὸς ἀλλήλους φιλία, ἄλλως τε καὶ εἰ μέλλοιεν οἱ μὲν πρότεροι ἐπιβουλεύσαντες τοῖς ἑτέροις ἢ κατορθώσαντες πλεῖον ἕξειν ἢ σφαλέντες ἐν μηδενὶ δεινῷ ἔσεσθαι διὰ τὸ συγγενές. — VI 63 (287, 12) πρὸς μέν γε τοὺς ἀφεστηκότας τῶν πολιτῶν ἀντίπαλον χεῖρα ἕξομεν, εἰ βουλοίμεθα τῶν θεραπόντων ἐπιλεξάμενοι τοὺς ἀκμαιοτάτους ἐλευθερῶσαι. — VIII 8 (110, 23) καὶ εἰ τῶν ἠδικημένων ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀξιοῖεν ἀπολαβεῖν, οὐδὲν οὕτως μικρὸν οὐδ' ἀσθενὲς οὐδὲ ἄπορον, ὡς τὸ Ῥωμαίων ἄστυ γενήσεται. — VIII 73 (197, 9) εἰ δὲ μεγάλοι κλῆροι ποικίλας τε καὶ ἀξιολόγους ἔχοντες γεωργοῖς ἐργασίας ὑπὸ τοῦ κοινοῦ μισθοῖντο, πολλὰς οἴσουσι προσόδους. —

b. εἰ cum optativo aoristi conjunctum:

I 2 (2, 28) εἰ γάρ τις ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰς πόλεών τε καὶ ἐθνῶν ἡγεμονίας, . . . διαγνῶναι βουληθείη, τίς αὐτῶν ἀρχήν τε μεγίστην ἐκτήσατο, μακρῷ δή τινι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἁπάσας ὑπερβεβλημένην ὄψεται πρὸ αὐτῆς μνημονευομένας. — IV 26 (38, 31) καὶ εἴ τι γένοιτο πρόσκρουσμα αὐταῖς πρὸς ἀλλήλας, ἐκ τῶν ἱερῶν τοῦτο διαλύσονται. — IV 71 (95, 9) καὶ γὰρ οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες, εἰ μάθοιεν, ὅτι τὰ ἐν τῇ πόλει πάντα τοῖς τυράννοις ἐστὶν ἀλλότρια, πρόθυμοι περὶ τὴν τῆς πατρίδος ἐλευθερίαν γενήσονται. — V 17 (134, 10) εἰ δέ τις . . . τὸν νόμον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ βουληθείη καταμαθεῖν παρ' ὁποτέροις ἄμεινον ἔχει, τοσούτῳ φρονιμώτερον εὑρήσει παρὰ τοῖσδε κείμενον αὐτὸν ἢ παρ' ἐκείνοις, ὅσῳ γε κτλ. — VI 15 (229, 27) ἔνθα εἴ τι συμβαίη πταῖσμα οὐδεμίαν ἕξουσι καταφυγὴν ἀσφαλῆ. — VI 53 (275, 17) οὐκοῦν εἰ μὲν οὐκ ἐπιτρέψομεν ἕκαστα τῶν αἰτουμένων, ἐχθροῖς τοῖς μὴ

τυγχάνουσι χρησόμεθα; εἰ δὲ συγχωρήσομεν (συγχωρήσαιμεν libri, correxit Kiesslingius, probat Kayserus Annal. Fleckeis. 1866 p. 39), ἡ πατρὶς ὑμῖν οἰχήσεται καὶ ἡ πολιτεία πρὸς ἡμῶν αὐτῶν καταλυομένη. — VI 62 (286, 28) οὓς ἐν ὄψει τῶν συγγενῶν στήσαντες ἀπειλῶμεν (ita Kiesslingius, ἀπολοῦμεν libri), εἰ τολμήσαιεν ὁμόσε χωρεῖν, ὡς ταῖς ἐσχάταις λώβαις διαχρησόμενοι. — VI 72 (297, 14) εἰ γὰρ ἅπαντες τοῦτο ὑπολάβοιμεν, ἡ καθ᾽ ἕνα ἡμῶν ἕκαστον ἀτολμία κοινὴ πᾶσιν ἔσται βλάβη, καὶ ἐν ᾧ τὸ ἴδιόν τις ἀσφαλὲς ἀποσκοπεῖ τὸ μετὰ πάντων κοινὸν ἀπολεῖ. — VI 86 (315, 14) εἰ δὲ πάντα τὰ ἔθνη ταῦτα πρὸς τὴν βουλὴν ... διαστασιάσειε καὶ λέγοι· Σὺ δ᾽ ἡμῖν, ὦ βουλή, τί ποιεῖς ἀγαθὸν ..; οὐθὲν γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοις· ἔπειτα οὐκ ἀπαλλαγησόμεθά σου τῆς τυραννίδος ταύτης ἤδη ποτὲ καὶ δίχα ἡγεμόνος οἰκήσομεν; εἰ δὴ ταῦτα διανοηθέντες τῶν συνήθων ἐπιτηδευμάτων ἀποσταῖεν, τί κωλύσει ταύτην κακὴν κακῶς ἀπολέσθαι τὴν πόλιν ὑπὸ λιμοῦ τε καὶ πολέμου καὶ παντὸς ἄλλου κακοῦ; — III 9 (222, 22) τίς οὖν ἡ βεβαία τοῦ πολέμου κατάλυσις ἔσται, σὺ μὲν παρέλιπες, ὦ Φουφέττιε, ἐγὼ δ᾽ ἔτι καὶ τοῦτο προσθεῖναι πειράσομαι. εἰ παύσαιντο μὲν Ἀλβανοὶ φθονοῦντες Ῥωμαίοις, ... παύσαιντο δὲ Ῥωμαῖοι δι᾽ ὑποψίας ἔχοντες Ἀλβανοὺς ὡς ἐπιβουλεύοντας ἀεί σφισι. — III 10 (225, 13) εἰ δὲ ἡμεῖς παραχωρήσαιμεν ὑμῖν τῆς ἀρχῆς, τὸ νόθον ἄρξει τοῦ γνησίου. — VII 24 (32, 12) καὶ εἰ γνοίη τοῦτο ὁ δῆμος, ὅτι βουληθέντες καταλύειν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν ἀπετράπεσθε, πολὺ μᾶλλον ὑμῖν βαρὺς ἐγκείσεται. — VII 42 (51, 12) εἰ δὲ τἀναντία γνοίητε καὶ ἀφέλοισθε (ἀφέλεσθε in B ἀφέλησθε in A, correxit Sylburgius) ἡμῶν τὴν ἐλευθερίαν· στασιάζειν ἡμᾶς αὖθις ἀναγκάσετε καὶ πολεμεῖν ὑμῖν; — VII 52 (65, 1) οὗτοι δὲ εἰ γένοιντο (γένωνται in B) τῆς ψήφου κύριοι τὸν ἀδικοῦντα περὶ πλείονος ποιήσονται τῆς ἀδικουμένης ὑπ᾽ αὐτοῦ πόλεως. — VIII 2 (104, 13) εὖ γὰρ ἴσθι, ὡς (ὡς omittit B) εἰ τοῦτο ἀκούσειαν οὐδὲν ἔτι ἐνδοιάσαντες ἐκβαλοῦσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως καὶ παρέξουσιν ἀφορμὴν δικαίας

ὀργῆς. — VIII 25 (131, 15) εἰ δὲ ἀποσταίης τῶν ὅπλων, ἥξει σοι τὸ περὶ τῆς καθόδου ψήφισμα φερόμενον ὑφ' ἡμῶν οὐκ εἰς μακράν. — VIII 26 (131, 32—132, 3) Ῥωμαίοις πολλὴ μέν ἐστι νεότης ἐπιχώριος, ἧς εἰ τὸ στασιάζον ἐξαιρεθείη,... οὐχ ὅτι Οὐολοῦσκοι κρατήσουσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐθνῶν οὐθέν. — VIII 73 (196, 7) ἐνθυμεῖσθαί τε αὐτοὺς ἀξιῶν, ὡς οὐδ' ἡ χάρις ἡ παρὰ τῶν πενήτων εἰ τὰ κοινὰ διανείμαιντο τοῖς συγχωρήσασι καὶ ἐπιψηφισαμένοις ὑπάρχει (pro quo ὑπάρξει maluit Sylburgius). — IX 53 (302, 23) ὥστε οὐδ' εἰ ταῦτα, ἃ νῦν αἰτοῦνται, καὶ ἔτι πλείω τούτων λάβοιεν, ἐπανορθώσονται τοὺς βίους. — X 12 (17, 24) τί οὖν, εἴ τις (εἰ omittit B) ἔροιτό με, παθών, ἃ συγχωρῶ καὶ φημὶ δίκαια εἶναι, τούτοις ἀντιλέξων ἀνέστην, καὶ τί βούλεταί μου ὁ λόγος, ἐγὼ νὴ Δία φράσω πρὸς ὑμᾶς. — XI 11 (105, 18) εἰ ἀποδοίητε τῷ δήμῳ διαγνῶναι, πότερον αὐτῷ δοκεῖ πάλιν ὑπάτους τ' ἀποδεικνύναι καὶ δημάρχους καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς τὰς πατρίους, ἢ μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς πολιτείας, scil. ἐπανορθώσετε ταῦτα καὶ παύσεσθε δι' αἰτίας παρὰ τοῖς πολίταις ὄντες. — XIX 12 (240, 14) τοῦ δὲ βασιλέως λέγοντος... ὡς εἰ συνέλθοι πρὸς ἕνα μόνος οὐκ ἄπεισιν ὀπίσω χαίρων, λαβὼν ὃν ἀνέμενε καιρὸν ὁ Φερεντανὸς Ὄβλακος ἐλαύνει σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν εἰς μέσην τὴν βασιλικὴν ἴλην. —

II. In enuntiato primario indicativus futuri, qui pendet ex praeterito; in enuntiato condicionali

a. εἰ cum optativo praesentis conjunctum:

II 72 (202, 25) ἀπέφαινεν ὅτι πέπρακται πᾶν αὐτοῖς ὅσον ἦν ὅσιον ἐκ τῶν ἱερῶν νόμων καὶ εἰ βούλοιντο ψηφίζεσθαι πόλεμον οὐδὲν ἔσται τὸ κωλῦσον ἀπὸ θεῶν.

b. εἰ cum optativo aoristi conjunctum:

II 30 (151, 16) ἐνθυμούμενος δὲ ὅτι βουλόμεναι μὲν αἱ πόλεις οὐκ ἂν συνέλθοιεν αὐτοῖς, βιασθεῖσαι δὲ εἴξουσιν εἰ μηδεμία γένοιτο περὶ τὴν ἀνάγκην ὕβρις, γνώμην ἔσχεν κτλ — VI 47 (267, 29) ἐλέχθησαν λόγοι παντοδαποὶ..., μετριώτατοι

δὲ καὶ πρεπωδέστατοι ταῖς παρούσαις τύχαις οὓς οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν ἔλεξαν, διδάσκοντες ὡς . . . εἰ λάβοιεν ἐλπίδα χρηστὴν περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου,, . . ἀγαπητῶς τὰ σφέτερα δέξονται. — VIII 1 (101, 18) ἐλογίζετο οὖν, ὡς, εἰ πείσειε τοὺς Οὐολούσκους δέξασθαί τε αὐτὸν καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτρέψαι τοῦ πολέμου, ῥαδίως αὐτῷ διαπεπράξεται τὸ ἔργον. — IX 69 (327, 22) τοῖς Ῥωμαίων ὑπάτοις ἐδόκει κράτιστα εἶναι ταῖς πόλεσιν αὐτῶν πρῶτον ἐπιχειρεῖν, κατὰ τοιόνδε τινὰ λογισμόν, ὅτι διαλυθήσεται τὸ κοινὸν αὐτῶν στράτευμα, εἰ πύθοιντο ἕκαστοι (πύθοιτο ἕκαστος Ba) τὰ οἰκεῖα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄντα κινδύνοις. — XIV 11 (206, 24) εἶπεν, ὅτι τῶν πάντων ἐστὶν ἀγαθῶν χρῆμα κάλλιστον ἀνδρῶν ἀρετή εἰ δὴ καὶ ταύτης ἀπαρχήν τινα ἡ γῆ λάβοι καὶ γένοιτο ἑκὼν ὁ τοῦτο χαριούμενος τῇ πατρίδι, πολλοὺς ἀνήσει ἡ γῆ ἄνδρας ἀγαθούς. —

Haec atque ea, quae supra de optativo futuri omnino valere dixi, si respicias, magnam probabilitatis speciem habere fateberis, quod Kiesslingius conjecit VII 54 (67, 25 sqq.) εἰ δὲ ἄρα ἐκ παντὸς οἰομένων τρόπου τῶν δημάρχων τέλος ἐπιθεῖναι νόμιμον τῇ δίκῃ τῆς ψήφου γενήσεται κύριος, ἀπολύσει τὸν ἄνδρα τῆς αἰτίας, quo loco ad vocabulum γενήσεται adnotat Kiesslingius: ‘γενήσοιτο?’ Sed id contra attulerim, quod non minimi momenti mihi esse videtur, nullo alio loco, nisi hoc a Kiesslingio ita restituto, reperiri hanc conjunctionem, qua εἰ cum optativo futuri conjunctum sequatur indicativus futuri in apodosi; porro — pendet enim enuntiatum quod attuli ex antecedente: λόγον διεξῆλθε διδάσκων ὡς’ — in orationis quae dicitur obliquae sententiis secundariis a Dionysio saepissime indicativus usurpatus est.

Eadem ratione etiam saepius, nempe triginta locis, infinitivum futuri et sedecim locis participium futuri hac in sententiarum connexus ratione post εἰ cum optativo conjunctum adhibita invenies; quae exempla omnia ut afferam, non opus esse mihi videtur. Contra aliorum temporum primariorum exempla,

si in enuntiato condicionali εἰ particula cum optativo conjuncta est, habes tot locis: indicativum praesentis temporis octies (V 29 [147, 1]. — VI 51 [273, 16]. — III 29 [261, 18]. — II 73 [203, 15]. — III 45 [282, 28]. — VII 64 [67, 20]. — VIII 73 [196, 7]. — XIX 12 [240, 14]. —), imperativum praesentis semel, VII 52 (64, 31), conjunctivum praesentis ter, IV 24 (35, 7). — VI 62 (286, 28). — VI 64 (288, 21)?, optativum praesentis pendentem bis I 18 (22, 20). — III 3 (212, 16), infinitivum praesentis septies, VI 47 (268, 18). — VIII 50 (164, 4). — II 35 (157, 15). — III 11 (229, 5). — VI 83 (312, 3). — VII 12 (17, 3). — VII 36 (44, 24). — participium praesentis bis I 79 (100, 22). — VIII 73 (197, 6); imperativum perfecti, si ita vis, uno loco, VI 62 (286, 30) καὶ αὐτούς, εἰ τοῦτο μάθοιεν, εὖ ἴστε, ὅτι λήψεσθε ἀντιβολοῦντας κτλ.

Quibus rebus expositis, satis me commonstrasse existimo, et particulam ἄν eo, a quo exorsa est disputatio, loco non magis aptam esse, quam optativum futuri, et, si desit illa particula, solitam atque etiam a Dionysio amatam sententiarum structuram exsistere. In illo ἄν etiam Kayserum offendisse atque probasse Kiesslingii mutationem postea vidi; ait enim vir doctissimus in censura voluminis alterius editionis Kiesslingianae, quam in medium protulit in annalibus Fleckeiseni (1866 vol. 93 p. 37): 'ἔπειτα δ' emendirt (scl. a Kiesslingio) für ἔπειτα ἄν, was, wenn man auch mit Reiske ἥξοιμεν schriebe, nicht zu dulden wäre.'

Restat, ut ostendatur, ne ex sententia quidem argumentum peti posse, quo impediamur, quominus particulam ἄν ex verborum ordine removeamus. Nam potest quidem videri aptissime ea particula alteri sententiae parti adjecta esse, quandoquidem, quam altero loco Appius urget, condicio tantum animo ficta est, id quod plane ac dilucide ex optativo modo κατασκευάσαιτε intellegas; itaque potest cuipiam placere, quod id, quod, si ex-

pleta esset condicio, efficeretur, non tam absolute neque ulla interposita dubitatione exprimitur, quam illud ὀφλήσομεν, quod ut ad effectum adducatur de condicione minus dubia pendet, ἐὰν ὑποκατακλινώμεθα. Quid igitur? ergo probemus eaque quae modo posuimus fundamenta ut mihi videtur invicta diruamus? An quid hac de re judicandum est? Profecto nihil aliud, nisi potuisse poni particulam ἄν, nisi aliae obstarent causae; quas cum repugnare viderimus, etiam haec, quae modo animadvertimus evanescunt.

Jam vero aliud non neglegi necesse est. Etenim si ea in re prorsus cum Kiesslingio facio, quod ἄν particula reicienda est, tamen non possum non aliter censere de eo, quod ipse in ordinem verborum recepit: ἔπειτα δ' εἰς κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον ἥξομεν κτλ. Semper enim apud Dionysium, perpaucis quos infra adscriptos invenies locis exceptis, antecedens πρῶτον μὲν vel πρῶτον vel simile quid sequitur non ἔπειτα δέ, sed nudum ἔπειτα. Quantum haec lex apud alios scriptores valeat, quantum non valeat, non est, quod hoc loco inquiratur et absolvatur: Dionysii quidem usus accuratius spectandus, id quod minime supervacaneum esse mihi videtur, praesertim cum meminerim, nonnullos editores tale δέ amare in ordinem verborum intrudere, veluti Herweidenus qui in Dionysii Hal. epistulae ad Cn. Pompejum capite I (p. 25) in ordine verborum ita tradito: (τοὺς λόγους ἐμέμψαντο scil. Πλάτωνος) πρῶτος μὲν ὁ γνησιώτατος αὐτοῦ μαθητὴς Ἀριστοτέλης, ἔπειτα οἱ περὶ Κηφισόδωρόν τε καὶ Θεόπομπον κτλ. 'invitis libris particulam adversativam' δέ addidit. Ac primum quidem complures exstant loci, quibus quodammodo pro certo demonstrari videtur, Dionysium dedita opera particulam δέ post ἔπειτα evitasse, dico sententias tripertitas, in quibus primum membrum verbis πρῶτον μέν vel similibus introducitur, alterum solo ἔπειτα omissa particula δέ, tertio autem particula δέ adjecta est. Videmus Dionysium, si omnino non prorsus a verbis ἔπειτα δέ conjunctis

abhorruisset, etiam alterum membrum particula δέ cumulaturum fuisse.

Habemus igitur:

πρῶτον μὲν, — ἔπειτα, — tertium membrum particula δέ introductum decem et septem locis;

idem, sed primo in membro omissa particula μὲν duobus locis (V 8 [121, 9. 11. 12.]. — XX 1 [251, 6. 8. 10.] —);

alterum membrum particula δέ introductum, sed haec particula non voci ἔπειτα adnexa est, tertium demum membrum a solo ἔπειτα incipit duobus locis (I 23 [28, 3. 11. 17]. — I 49 [59, 29. 60, 11. 14]. —)

item duobus locis ne tertio quidem membro δέ adjectum est (II 15 [134, 8. 18. 135, 11]. – IV 80 [104, 6. 8. 11.]. –):

πρῶτον μὲν, — ἔπειτα sexaginta locis;

τὸ μὲν πρῶτον, vel . . μὲν τὸ πρ., vel . . μὲν πρ., — ἔπειτα undeviginti locis;

πρῶτος declinatum adjecto μὲν, — ἔπειτα quinque locis;

κατ' ἀρχὰς μὲν vel simile quid, — ἔπειτα duobus et viginti locis;

πρῶτος vel πρῶτον omisso μὲν, — ἔπειτα quindecim locis;

solum ἔπειτα centum et undequinquaginta locis.

Sex tantummodo loci huic normae repugnant, cum iis ἔπειτα δέ in codicibus traditum sit; quorum quidem unus omnino non respiciendus est, quia in optimo codice Urbinate δὲ omissum est, dico locum IV 28 (42, 19) apud Kiesslingium ita traditum: ἔπειτα δ' ἡ κακὴ τὴν φύσιν ἀπονοηθεῖσα μεταπέμπεται αὐτὸν ὡς ὑπὲρ ἀναγκαίου πράγματος διαλεξομένη. — Hoc igitur loco sine dubio cum Urbinate δὲ delendum est.

Ceteri hi sunt loci: I 85 (110, 18) τέως μὲν οὖν ἀφανῆ τὰ πλεονεκτήματα αὐτῶν ἦν, ἔπειτα δὲ ἐξερράγη σὺν τοιᾳδε προφάσει. — II 3 (121, 8) ἐλεύθεραι μὲν πρῶτον, ἔπειτα δ' ἑτέρων ἄρχουσαι διετέλεσαν. — III 33 (268, 16) ὀλίγοι μὲν τὸ

πρῶτον καὶ ἀφανῶς ἐξιόντες ἐληΐζοντο τὴν ὅμορον· ἔπειτα δὲ πολλοὶ συνιόντες καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ. — III 71 (314, 31. 32.) πρῶτον μὲν τῶν περὶ τὰς φυλὰς ἐγχειρημάτων ἀπέστη, ἔπειτα δ' αὐτὸν τὸν Νέβιον ἀποθεραπεῦσαι διαγνοὺς, εἰκόνα . - ἀνέστησεν ἐν ἀγορᾷ. — XIV 1 (199, 12.) ἀφ' οὗ (ποταμοῦ Κελτοῦ .. λέγουσιν) πρῶτον μὲν τὴν συνεγγὺς, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἄλλην χώραν σὺν χρόνῳ κληθῆναι Κελτικήν.

Quodsi nobiscum reputaverimus quam facile ex ipsius linguae natura atque indole tale δέ a librariis in ordinem verborum intrudi potuerit, et respexerimus ingentem exemplorum numerum, quibus δέ deest, non vereor, ne quis audaciorem me appellaturus sit, si etiam his, quos postremos attuli quinque locis particulam δέ expungendam puto. Id quidem certo certius esse ex omnium exemplorum dinumeratione elucet, non licere, hanc dicendi formam ἔπειτα δέ in ordinem verborum inducere contra fidem auctoritatemque librorum manuscriptorum.

Itaque equidem censeo, eo loco, a quo tota disputatio degressa est et ad quem nunc redeat, ἄν particulam prorsus removendam scribendumque esse; ἔπειτ' εἰς κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον ἥξομεν κτλ. — Sed qui fieri potuit, interrogaveris, ut librarii culpa illud ἄν in ordinem verborum inrepserit? Nam sola ponendi libidine eum hanc particulam inseruisse, nemo nisi fallit opinio probabile esse dixerit. At ne hoc quidem difficile est intellegere. Perspicias, quaeso, locum, qui exstat IX 8 (234, 9) τέως μὲν κατ' ὀλίγους, ἔπειτα ἀθρόοι συντρέχοντες ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν ὑπάτων, ἐκεκράγεσαν κτλ., ubi pro ἔπειτα in Urbinate libro traditum est ἔπειταν, quod nihili esse non eget demonstratione. Eadem facillima ratione, qua illo loco ex hamulo quodam, quem librarius nescius, ut fit, voci ἔπειτα adnexit, ἔπειταν factum est, eadem hic fieri poterat, ut invitus librarius particulae ἔπειτα uncinulum adjungeret; quo in uncinulo alter librarius reliquias litterae ν inesse arbitratus, syllabam $\overline{\alpha\nu}$ ab ἐπειτ dirempsit; sic factum est ἔπειτ' ἄν.

Jam supra commemoravi etiam de solo optativo modo, quem legimus in apodosi quam dicunt enuntiati condicionalis, quod optativo ex particula εἰ pendente conformatum est, accuratius me acturum esse. Igitur paucis hoc in transcursu absolvam. Talis enim optativus aut est optativus optantis, cujus nullum apud Dionysium invenies exemplum (quamquam ceteroquin optativus, quo quid optari exprimitur, in enuntiatis primariis vel solus, qui quidem octies legitur, vel adjecta sententia condicionali, quae particula ἐάν, id quod semel exstat, VI 68 (292, 23 sqq.), aut causali, quae particula ἐπεί introducitur, id quod iterum semel VII 57 (72, 17) invenies, non alienus est a Dionysii consuetudine loquendi; unum habes locum quo optativus optantis in enuntiato secundario usurpatus est VIII 41 (152, 24) τὰ παιδία ταῦτα . . τρέφετε ἀξίως ὑμῶν τε καὶ τοῦ γένους· οἷς θεοὶ δοῖεν εἰς ἄνδρας ἐλθοῦσι τύχην μὲν κρείττονα τοῦ πατρός, ἀρετὴν δὲ μὴ χείρονα, nisi potius statuas, hic pronomen οἷς vice pronominis demonstrativi fungi, id quod saepius in antiquitatum libris nobis occurrit.) aut provinciam administrat optativi cum ἂν conjuncti. Atque hujus licentiae unum exstare videtur exemplum in antiquitatibus Romanis: VI 62 (286, 24) εἰ δ' ἄρα γε γνώμης ἁμάρτοιμι καὶ παραδέξαιτό τις αὐτοὺς πόλις, ἐνταῦθα δὴ διαγινώσκοιντ' ὡς ἂν πολέμιοί τε ὄντες καὶ τὰ πολεμίων πεισόμενοι.

Aliis enim locis aut res aliter se habet, aut alia scriptura codicibus traditur, quae utpote probanda, re vera etiam a Kiesslingio recepta est; dico hosce locos: IV 19 (27, 16) ὁπότε γὰρ αὐτῷ δεήσειε μυρίων ἢ δισμυρίων, εἰ τύχοι, στρατιωτῶν, καταδιαιρῶν τὸ πλῆθος εἰς τοὺς . . λόχους, τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ λόχῳ πλῆθος ἐκέλευε παρέχειν ἕκαστον λόχον, ubi δεήσειεν pendet ex ὁπότε. — IV 13 (21, 3—8) εἰ δὲ τῷ τείχει τῷ δυσευρέτῳ μὲν ὄντι . . . βουληθείη μετρεῖν αὐτὴν κατὰ τὸν Ἀθηναίων κύκλον τὸν περιέχοντα τὸ ἄστυ, οὐ πολλῷ τινι μείζων ὁ τῆς Ῥώμης ἂν αὐτῷ φανείη κύκλος, ubi particula ἂν

deest in libris praeter Urbinatem, ex quo rectissime recepta est; itemque etiam VI 53 (275, 6) ὁ δ' ἐπίκλητός γε οὑτοσὶ .. ὄχλος, εἰ γένοιτο ἡμῖν σύνοικος .., ὑπὲρ τίνος ἀξιώσειε κινδυνεύειν ἀγαθοῦ, εἰ μή τις αὐτῷ γῆς τε ὑπόσχοιτο μέρη δώσειν καὶ πόλεως μοῖραν κτλ.; ἄν inserendum esse, supra accuratius exposuimus. Itaque etiam primo quem significavi loco, mihi persuasum est, particulam ἄν ante ὡς ponendam esse et pertinere re vera ad optativum διαγινώσκοιντο; quam mutationem nunc video etiam a Christiano in versione vernacula comprobatam esse.

Quoniam igitur locos, quibus omnes codices futuri indicativum cum ἄν conjunctum praebent, accuratius pertractavimus, et firmum stabilitumque fundamentum, ut mihi videtur, paravimus, de iis nunc videamus locis quid sit statuendum, quorum scriptura propter codicum discrepantiam in dubium vocari potest. Sunt quidem sex loci, quorum de uno quaestio jam absoluta est, ubi de verbo ἀνομολογεῖν actum est. Restant igitur quinque, tres in primariis, in secundariis sententiis duo. Ex his unus est, quo solo in libro Chisiano indicativo futuri particula ἄν adnectitur; in quem primum mentem intendamus:

VII 52 (64, 17) in Urbinate quem sequitur Kiesslingius ita traditum: αἰτεῖται γὰρ αὐτὸ παρ' ὑμῶν τήμερον, ὡς πρότερόν γε οὐκ ἔχων· οὐδεὶς δ' ἂν ἀξιώσειέ τι παρ' ἄλλων λαμβάνειν, ὧν ἐστι νόμῳ κύριος. In Chisiano autem exstat ἂν ἀξιώσει ἔτι; ac fateor, non ineptum mihi videri indicativum futuri, quippe quo totum effatum certius fiat, id quod aut fallor aut perbene quadrat. Attamen huic placito duas fere vel tres causas oppugnare videbimus.

Primum enim obstat hiatus, qui est ἀξιώσει ἔτι, quem Dionysium quam maxime potuit evitasse, cum omnes consenserunt, tum ex usu Dionysii recte atque ordine demonstratum sciunt a Jacobyo. — Haec autem offensio simpliciter removetur, si Urbinatis auctoritatem secuti probamus optativum traditum ἀξιώσειε. Quodsi

auctoritati et fidei hujus libri manuscripti tantam vim esse arbitramur, ut jure pro altera causa, qua refellatur Chisiani scriptura, haberi possit, jam tertia addenda est, quae si non magni, tamen alicujus momenti esse videtur. Verbis auxiliaribus, ut hac brevi significatione utar, velut *δύνασθαι*, *βούλεσθαι*, *ἐπιχειρεῖν*, quorum in numero quodammodo etiam *ἀξιοῦν* referendum est, si quis orator in orationibus utitur apud Dionysium, amat scriptor quam maxime, non absolute indicativum usurpare, sed pro urbanitate Graecorum optativum cum *ἄν* conjunctum, quem usum his fere exemplis comprobari puto: VIII 27 (134, 10) *τάχα δ' ἂν ἐκεῖνοι.. διαλύσεις ποιεῖσθαι.. ἀξιώσειαν.* — IV 24 (35, 30) *καὶ μάλιστα μὲν τοὺς τιμητὰς ἀξιώσαιμ' ἂν τούτου τοῦ μέρους προνοεῖν.* — VI 50 (271, 26) *ὑμᾶς ἀξιώσαιμ' ἂν ἔγωγε τῶν ἔργων σκοπεῖν.* — IV 11 (19, 11) *καὶ οὐκ ἂν ἀξιώσαιμι τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας ψευσθεὶς.. ζῆν αἰσχρῶς ἐν ἄλλοις τισί.* — VII 34 (41, 28) *ἀρνεῖσθαι μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἀξιώσαιμί σε τοσούτων ἀνδρῶν εἰδότων.* — XIX 18 (249, 24) *ἀλλάξαι μέν γε τὸ φρόνημα καὶ ταπεινὸν ἐμαυτὸν ποιῆσαι βουλόμενος,.. οὐκ ἂν δυναίμην.* — VIII 1 (102, 21) *δύναιο δ' ἂν.. τοῦτο ἐξ αὐτοῦ μάλιστα μαθεῖν ἐμοῦ.* — VI 35 (255, 13) *στασιάζουσα δὲ ὥςπερ νῦν τούτων οὐδέτερον ἂν δύναιτο διαπράξασθαι.* — VII 24 (31, 23) *καὶ τὸ λοιπὸν οὐκ ἂν ἔτι δύναιτο πολὺν ἀντισχεῖν χρόνον ὑπ' ἀχρηματίας.* — XIX 9 (238, 24) *ἐκδέξομαι δὲ τὰς σὰς ἀποκρίσεις μέχρι δεκάτης ἡμέρας· περαιτέρω γὰρ οὐκ ἂν ἔτι δυναίμην.* — IX 32 (273, 16) *ἄλλως γὰρ οὔτ' ἂν ἐγὼ δυναίμην λέγειν οὔθ' ὑμῖν ἀκούειν συμφέροι* (*συμφέρει* in A B.) — III 17 (236, 3) *τεθνάναι γὰρ ἂν βουλοίμεθα μᾶλλον ἢ ζῆν ἀνάξιοι γενόμενοι σοῦ τε καὶ τῶν προγόνων.* — XI 7 (100, 26) *ἐκεῖνο βουλοίμην ἂν ὑμᾶς ἐξετάσαι κτλ.* — IV 33 (49, 21) *ἔχεις τὸν τῆς ἐπιτροπῆς λόγον.. καὶ οὐκ ἂν ἐπιχειρήσειας εἰπεῖν ὡς ψεύδομαί τι τούτων.* — IX 32 (274, 28) *καὶ μᾶλλον αἱροίμην ἂν παρρησίᾳ.. χρώμενος ἀποθανεῖν, ἢ τὰ πρὸς ἡδονὴν ὑμῖν λέγων σεσῶσθαι.*

Ita persaepe ἔχοι δ' ἄν τις cum infinitivo conjunctum, vel secunda persona, veluti hisce locis: ἔχοι δ' ἄν τις vel alio verborum ordine: I 53 (66, 2). — IV 24 (35, 22). — VIII 30 (137, 17). — XIV 6 (202, 7). — οὐκ ἂν ἔχοι τις: II 21 (140, 10). — III 10 (225, 5). — VI 86 (315, 6). — VII 52 (64, 1). — XI 8 (102, 26). — οὐδὲν ἂν ἔχοιεν: VI 49 (271, 23). — X 38 (58, 30). — οὐκ ἂν ἔχοις: IV 34 (50, 29). — VI 59 (282, 17). — VI 86 (315, 18). — οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοιτε: III 10 (225, 16).

Quae cum ita sint, dubio vacare mihi videtur, etiam hoc loco hiatum evitandum usumque Dionysii conservandum esse probato optimi libri Urbinatis optativo. Alia autem est quaestio, num nihilo mutato hunc librum sequamur. Doceat me, quaeso, aliquis, qui intellegendum et explicandum sit illud τὶ. Sequitur enim pronomen relativum ὧν, plurali numero positum.

Itaque jam Reiskius haesitavit et adnotavit ad hunc quem tractamus locum: 'ὧν si ad τὶ praemissum redit, legendum erit οὗ. Sed potest etiam accipi sic, ac si plene scriptum esset τι τούτων ὧν κύριος.' Neque vero hoc interpretandi artificium neque conjectura viri doctissimi mihi probatur. Hac enim hiatus efficitur intolerabilis. Interpretamentum autem quod spectat, haud ignoro, talia inveniri in Graecorum scriptis, apud Dionysium nusquam memini tale me legere; immo artificiosius mihi videtur, quam verbositati ac perspicuitati sermonis Dionysiani aptius. Optime conjecisse mihi videtur Kiesslingius, et optativo Urbinatis et particula ἔτι Chisiani libri repositis, scriptum fuisse a Dionysio ἀξιώσειεν ἔτι. Haec Kiesslingii mutatio facilior ideoque probabilior mihi videtur, quam, quae a Grasbergero viro doctissimo (Philol. 28, 1869; p. 551) in medium prolata est, pro ἔτι recipiendum esse πού (vel δήπου? non prorsus intellexi, quid voluerit vir doctissimus).

Restant quattuor loci, quibus omnibus futuri indicativus particula ἄν cumulatus exstat optimo in codice Urbinate. Quo-

rum duobus in exemplis pro indicativo futuri alii libri manuscripti tradunt optativum aoristi temporis, dico hosce:

X 11 (16, 26) qui a Kiesslingio ita proditur: ἀλλ' οὔτε ἡμεῖς ἂν ταῦτα ἀξιώσαιμεν· ὕποπτος γὰρ ἡ φιλοτιμία· ὑμεῖς τ' οὐκ ἂν ὀρθῶς ποιοῖτε τοῖς τὰ ὅμοια [οὐκ] ἀξιοῦσι καθ' ἡμῶν προσέχοντες τὸν νοῦν, ἀλλὰ κοινοὺς ἡγούμενοι τῆς πόλεως ἐχθρούς. In Urbinate autem pro ποιοῖτε exstat ποιϝῖτε et pro ἀξιώσαιμεν a secunda manu ἀξιώσομεν.

III 10 (225, 21) ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς ἀποδεικνύετε (ἀποδείκνυτε cum codicibus, Urbinate excepto, in quo ἀποδεικνύσατε, legi vult Jacobyus acta societ. philol. Lips. I 2 p. 310) ξένους, καὶ τῆς βουλῆς τὸ πλεῖστον ὑμῖν ἐστιν ἐκ τῶν ἐπηλύδων, ὧν οὐδὲν ἂν φήσαιτε ἑκόντες ὑπομένειν, ubi pro φήσαιτε in Urbinate legitur φήσετε.

Adparet, utroque loco facillima ratione alteram ex altera scriptura exsistere potuisse; itaque libro Urbinati non tantum tribuemus momenti, quantum antea; etsi nunc eo fundamento niti possumus, quod cognovimus, indicativum futuri cum ἂν conjunctum a Dionysii usu re vera nequaquam abhorrere. — Ac priori loco suspicetur fortasse quispiam, perbene a Dionysio primum indicativum futuri positum esse, tum optativum, quia tribunus plebis Aulus Verginius de se ipso et eis, qui eodem secum munere fungantur, locutus majori fiducia uti possit, quam si de sententiis vel factis aliorum disserat. Neque vero hoc quadrat. Nam non recte agi illud, quod prohibere studet, eadem fide tribunus pronuntiare potest de patribus, qua de se ipso, eademque qua antea de eo dixit, quod ipse sociique non petierint. Ergo prorsus eadem vis ac ratio inest utrique sententiarum parti, nimirum quod attinet ad animum ejus qui loquitur. Aliter res sese haberet, si dictum esset: ὑμεῖς τ' οὐκ ἂν τοῦτο ποιήσαιτε. — Tum etiam obstat quod modo de verbo ἀξιοῦν similibusque exposui. — Denique accedit proprietas illa codicum discrepantiae: in Urbinate enim, ut jam dixi, pro ποιοῖτε exstat

ποιεῖτε, igitur indicativus praesentis temporis cum ἄν conjunctus, quem nemo tolerabilem esse defenderit; tum a secunda manu ἀξιώσαιμεν mutatum in ἀξιώσομεν. Ex falso illo praesentis indicativo conicere tibi licet, indicativum futuri non minus errori correctoris deberi, qui, prorsus levi bracchio agens, cum ndicativum ποιεῖτε invenisset, mutavit antecedentem optativum, ut enuntiatum omnibus partibus numerisque sibi respondeat.

Alterum locum III 10 (225, 21).. τῆς βουλῆς τὸ πλεῖστον ὑμῖν ἐστιν ἐκ τῶν ἐπηλύδων, ὧν οὐδὲν ἂν φήσαιτε ἑκόντες ὑπομένειν, paucis absolvamus. Etenim eadem sententia, quae hoc enuntiato relativo negative, ut ita dicam, expressa est, paulo post, v. 24, eadem vi ac ratione affirmata repetitur et ibi quoque optativus positus est, φαίητε, quae forma non nisi graviori mutatione in indicativum futuri mutari potest; haec enim ibi leguntur: πολλὴ δὴ μωρία καὶ κακότης, ἃ δι' ἀνάγκην φαίητ' ἂν ὑμεῖς ὑπομένειν, ταῦτα ἡμᾶς ἑκόντας δέχεσθαι. — Qua re mihi scriptura φήσαιτε priori loco commendari videtur; etiamsi fatendum est, demonstratum non esse hac ratiocinatione ac vix demonstrari posse, eam solam esse veram, indicativum autem temporis futuri prorsus falsum. Neque enim ex sententia quidquam colligi potest, ob quam licuerit, et indicativum futuri et optativum aoristi poni, neque ex forma quidquam elici potest, cum Dionysius et φήσαιμι et φαίην adhibuerit, id quod his ex locis elucet: IV 80 (105, 1) φήσειεν. — VI 7 (219, 27) φήσαιτ' ἄν. — 8 (221, 8) φήσειε. — X 11 (16, 12) φήσειεν. — — VII 31 (39, 8) φαίητε. — VIII 30 (138, 12) φαίη. — 24 (129, 28) φαίης. — I 37 (43, 26) φαίη. — III 10 (225, 24) φαίητ' ἄν. — VI 56 (278, 13) φαίην. — VI 86 (314, 25) φαῖεν. — — Optativus autem modus a Dionysio non minus quam a Graecorum scriptoribus in universum in enuntiatis relativis cum ἄν conjunctus, usurpatus est, ut significetur, posse aliquid fieri, quod animo cogitationeque fictum est, neque vero omnibus numeris esse certum, re vera id factum iri, immo ex

condicionibus quibusdam pendere; invenitur enim quinquaginta septem locis; quem usum vulgarem exemplis comprobari ac confirmari non videtur necesse esse. Itaque equidem cum editoribus fecerim atque probarim optativum φήσαιτε, praesertim cum hac ex forma facillime φήσετε nasci potuerit.

Ac prorsus similiter alius locus conformatus est de quo idem valet, quod modo diximus:

VI 80 (308, 2) ἀλλ' εὐτυχεῖτε καὶ ζῆτε βίον, ὃν ἂν προαιρῆσθε, οὕτως ἀπολίτευτα καὶ ἀκοινώνητα πρὸς τοὺς ταπεινοτέρους φρονοῦντες, ubi pro προαιρῆσθε in Urbinate legitur προαιρήσεσθε. Ne hic quidem ex sententia certum atque invictum argumentum haurire nobis licet. Attamen si respicimus exstare hic relativum hypotheticum cum ἄν, atque nobiscum reputamus, conjunctivum qui ab reliquis libris traditur, in talibus enuntiatis relativis et apud omnes scriptores et apud Dionysium esse usitatissimum atque ita, ut futuri vis jam insit nullaque accurata significatione egeat, non veri simile videtur, Dionysium hoc loco vulgarem et pertritam ab ipsoque amatam dicendi rationem sprevisse; non vereor ne quis existimet fallere opinionem, si etiam hoc loco cum Kiesslingio conjunctivum retinendum esse contendimus.

Quoniam conjunctivum, qui in enuntiatis relativis cum ἄν particula conjunctus invenitur, attigi, liceat mihi hic in transcursu commemorare, duos apud Dionysium exstare locos, quibus in enuntiato relativo legimus nudum conjunctivum, quem non nisi apud poetas non nusquam comprobatum (ac ne hic quidem certo fundamento nisum), apud solutae autem orationis scriptores evitatum esse nemo est qui doceri debeat. At tamen apud Dionysium haec leguntur:

IX 17 (251, 18) ἡ δὲ βουλὴ.. δόγμα ἐξήνεγκε, διδόναι τὴν εἰρήνην ὡς ἠτοῦντο οἱ πολέμιοι· ἐφ' οἷς δὲ δικαίοις αὕτη γένηται τὸν ὕπατον καταστήσασθαι Λεύκιον Αἰμίλιον, ὡς ἂν αὐτῷ φανῇ κράτιστα ἕξειν. — Quo loco antea ἐφ' οἷς δ' ἂν δικαίοις αὕτη γένηται κτλ. scribendum esse putaveram, idque

non injuria factum esse, ex his quae infra adscripsi exemplis intelleges, ex quibus apparebit, amasse Dionysium, si hac utebatur formula *ἐφ' οἷς δικαίοις*, conjunctivum cum *ἄν* conjunctum: I 65 (79, 19) *ἠναγκάζοντο λύσασθαι τὸν πόλεμον ἐφ' οἷς ἂν αὐτοὶ δικαιῶσιν*. — III 60 (300, 25) *καὶ τὴν εἰρήνην στέρξουσιν ἐφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις αὐτῆς τύχωσι*. — IV 54 (75, 19) *ὁμολογίας ᾤοντο δεῖν ποιήσασθαι πρὸς τοὺς Γαβίους καὶ τὸν πόλεμον ἐφ' οἷς ἂν ἐκεῖνοι θέλωσι διαλύσασθαι*. — V 4 (116, 5) *πείσας ἅπαντας ὡς οὐδὲν ἄξιον εἴργασται φυγῆς, ἐὰν μὲν ἀποδῶσιν αὐτῷ τὴν βασιλείαν αὖθις ἄρξειν ἐφ' οἷς ἂν ὁρίσωσιν οἱ πολῖται δικαίοις, κτλ.* — 32 (149, 30) *ἐψηφίσατο... ἀγαπητῶς δέξεσθαι τὴν τοῦ πολέμου λύσιν, ἐφ' οἷς ἂν γένηται δικαίοις*. — VI 68 (292, 6) *ὁρῶ μὲν.. ὅτι... ἐστὶ κεχαρισμένον, τοῖς ἄλλοις ὑμῖν ὀλίγου δεῖν πᾶσι, κατάγειν τὸν δῆμον ἐφ' οἷς ἂν αὐτὸς ἀξιοῖ*. — IX 59 (313, 26) *ἡ μέντοι βουλὴ.. τῷ Φαβίῳ ἐπέτρεψεν αὐτοκράτορι διαλύσασθαι πρὸς τοὺς Αἰκανούς, ἐφ' οἷς ἂν αὐτὸς προαιρῆται*. — At vero etiam haec si placet perspicias exempla: II 45 (169, 11) *Ἑρσιλία μακρὰν καὶ συμπαθῆ διεξῆλθε δέησιν, ἀξιοῦσα χαρίσασθαι τὴν εἰρήνην ταῖς δεομέναις..· ἐφ' οἷς δὲ γενήσονται δικαίοις αἱ διαλύσεις, τοὺς ἡγεμόνας αὐτοὺς συνελθόντας ἐφ' ἑαυτῶν διομολογήσασθαι*. — III 60 (300, 27) *ἀκούσατε νῦν.., ἐφ' οἷς καταλύσομαι τὸν πόλεμον δικαίοις*. — IV 58 (80, 6) *γράψας ἐφ' οἷς ἔσονται δικαίοις φίλοι, τὰ περὶ τούτων ὅρκια συνετέλεσεν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας*. — V 59 (186, 17) *πρεσβευτὰς ἀπέστειλαν.. ἀνοχὰς αἰτοῦντες.., ὡς.. βουλευσόμενοι περὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους φιλίας, ἐφ' οἷς αὐτὴν ποιήσονται δικαίοις*. — VI 47 (267, 15) *καὶ μεταθέμενοι τὰς γνώμας ἐφ' οἷστε διαλλαγήσονται πρὸς αὐτοὺς ἐσκόπουν*. — VI 73 (298, 11) *ἡμᾶς.. τὰ κωλύοντά ἐστιν ἀποθεμένους τὰ ὅπλα ἐφ' ὑμῖν γενέσθαι... ὅτι οὐδὲν ὑποδηλοῦτε παρακαλοῦντες ἐπὶ τὰς διαλλαγάς, ἐφ' οἷς αὐτὰς δικαίοις καὶ φιλανθρώποις ποιησόμεθα*, quo loco fortasse non me solum offendit illud *καὶ*

φιλανθρώποις, quod ut accuratius significentur *δίκαια* adpositum mihi videtur, praesertim cum *καὶ* particula tantummodo in Coisliniano exstet, in reliquis *ἢ* tradatur.) — VII 36 (44, 19) *Λεύκιος Ἰούνιος Βροῦτος, ἐκεῖνος ὁ δημαγωγὸς ὁ τεχνησάμενος, ἐφ' οἷς ἔσονται δικαίοις αἱ διαλλαγαὶ, προςέρχεται ..* — VIII 36 (146, 21) *ἔδοξε, . ἐὰν .. πρέσβεις ἀποστείλωσι τοὺς διαλεξομένους περὶ φιλίας, προβουλεῦσαι τὸ συνέδριον ἐφ' οἷς ἔσονται δικαίοις φίλοι.* — VIII 68 (189, 23) *τοῖς δ' ἐκ τοῦ συνεδρίου .. ἔδοξε δέχεσθαι μὲν τοὺς ἄνδρας εἰς φιλίαν, ἐφ' οἷς δὲ γενήσονται δικαίοις αἱ πρὸς αὐτοὺς συνθῆκαι, Κάσσιον τὸν ὕπατον γνῶναί τε καὶ στῆσαι· ὅ τι δ' ἂν ἐκείνῳ δόξῃ, τοῦτ' εἶναι σφίσι κύριον.*

Vides igitur primum numquam, si conjunctivus in enuntiato relativo positus sit, *ἂν* omitti, tum autem nisi enuntiatum primarium, ex quo pendet relativum enuntiatum, antecedat vel, ut uno loco [IV 54 (75, 19)] partim antecedat partim sequatur, conjunctivum cum *ἂν* conjunctum non poni in enuntiato relativo; nusquam igitur, ubi subsequatur, ut eo, quem tractamus loco, qui prorsus simili ratione conformatus est, qua is quem postremum attuli. Sin sequitur enuntiatum, ex quo relativum pendet, semper solus indicativus, plerumque futuri temporis, ut omnibus quos hujus generis significavi locis, adhibitus est. — Accedit, quod, si IX 17 (251, 18) *ἐφ' οἷς δ' ἂν δικαίοις .. γένηται* scribitur, duo enuntiata relativa juxta ponuntur, quorum utrumque conjunctivo et particula *ἂν* conformatum est; sequitur enim illo loco *ἐφ' οἷς δὲ δικαίοις αὕτη γένηται τὸν ὕπατον καταστήσασθαι .., ὡς ἂν αὐτῷ φανῇ κράτιστα ἕξειν.* — Haec si respexeris, Kiesslingio adsentieris, cujus monitu ad hoc animum adverti, quod prius exposui, scribendumque esse rectissime censebis *ἐφ' οἷς δὲ δικαίοις αὕτη γενήσεται κτλ.*

Altero, quem supra spectavi, loco habemus nudum conjunctivum, qui pendet ex particula *ὅπου*:

VI 52 (274, 26) *τὸ δημοτικὸν καὶ ἀνέστιον ἐπαξόμεθα*

πλῆθος, οἷον καὶ τὸ ἐνθένδε ἀπελαθὲν ἦν, δηλονότι καὶ χρέα καὶ καταδίκας καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους ταύταις συμφορὰς ἀγαπητῶς ὅπου τύχῃ μεθιδρυσόμενον. — Etiam hic mea sententia non nisi ἄν particula inserta manus Dionysii restituitur. Neque si scribere velimus ὅπου ἂν τύχῃ, verendum est, ne offendat aliquis in hiatu quem aliis quoque locis invenies. Habes enim prorsus eundem hisce locis: I 55 (68, 4) ἡγεμόνα τετράποδα ποιησαμένους, ὅπου ἂν κάμῃ τὸ ζῷον, ἐνταῦθα δείμασθαι πόλιν, ubi Usenerus (Mus. Rhenan. 25, p. 610) scribi jubet ὅπῃ ἂν κάμψῃ, igitur remanente hiatu; porro I 59 (72, 24) Τρῶας δὲ Ἀβοριγῖσι ὅπου ἂν ἄλλῃ παρακαλῶνται συστρατεύειν. — VIII 8 (111, 30) καταχρῆσθέ μοι λαβόντες, ὅπου ἂν μέλλω τι ὑμᾶς ὠφελήσειν. Itaque non haesitandum videri possit. Jam vero Reiskius pro ὅπου scribi proposuit ὅποι, quae conjectura, si quos infra conscribam locos examinaveris et animadverteris μεθιδρύεσθαι verbum esse motus, non dubito, quin valde tibi placitura sit; dico hosce locos: VI 73 (298, 20) ἐπιμενοῦμεν, ὅποι ποτ' ἂν ἡμᾶς ἄγῃ τὸ χρεών. — 79 (306, 8) ἀπαλλαττώμεθα δὲ ἡμεῖς, ὅποι ποτ' ἂν ὁ δαίμων ἄγῃ. — VIII 28 (135, 13) μητροκτόνος κεκλήσῃ καὶ παιδοφόνος.. καὶ οὔτε θυσιῶν οὔτε σπονδῶν οὔθ' ἑστίας ὅποι ποτ' ἂν ἀφίκῃ κοινωνεῖν ἐθελήσει σοι τῶν εὐσεβῶν.. οὐθείς. — XI 43 (149, 29) ὅ τε γὰρ ὅρκος.. τοῖς στρατηγοῖς ἀκολουθεῖν κελεύει τοὺς στρατευομένους ὅποι ποτ' ἂν ἄγωσιν. — Hos si specto locos, nescio an sit veri similius, Dionysium etiam eo quem tractamus loco scripsisse ὅποι ποτ' ἂν τύχῃ, cum ὅποι non tam ad τύχῃ, quam ad participium μεθιδρυσόμενον pertinere voluerit. Sed fluctuat judicium; igitur in medio relinquam; pro certissimo autem contendo, non posse deesse particulam ἄν. Quamquam enim inveniuntur praeter hos quos tractavi locos etiam alii, quibus nonnullis in codicibus ἄν omissum est, tamen rectissime aut in aliis libris vel saltem in editionibus particula restituta est, quae hic recensere mihi liceat.

Ac primum quidem ipsum pronomen relativum cum conjunctivo conjunctum est, particula ἄν omissa,

a. non consentientibus libris manuscriptis:

VI 24 (241, 24) qui quidem locus non fere quadrat, attamen hic afferendus erat: μέγιστον δὲ πάντων ὅπλον καὶ δυςκαταγώνιστον, ᾧ χρώμενοι ῥᾳδίως ἐπικρατήσομεν τῶν δημοτικῶν, τὸ τῆς βουλῆς κράτος, ᾧ δεδιττόμεθα αὐτοὺς μετὰ τῶν νόμων ἱστάμενοι, ubi in Chisiano δεδιττώμεθα traditur, quod maluit Sylburgius, eumque sequitur Kayserus in censura (Annal. Fleckeis. 1866 p. 35 et p. 40); haberemus hic conjunctivum adhortativum, quem dicunt; qui etiam in sententia primaria locum habere posset. Mea autem sententia non opus est hac Chisiani scriptura, cum adhortatio satis jam expressa videatur verbis ᾧ χρώμενοι ῥᾳδίως ἐπικρατήσομεν, si omnino adhortatio inesse debeat huic sententiae, id quod negaverim: simpliciter enim Appius ipsas res enumerat, quibus usi tribunos plebis superare possint patricii. — VIII 55 (171, 16) ἐψηφίσαντο . . θυσίας προςάγεσθαι δημοτελεῖς καταρχομένης τῶν ἱερῶν γυναικός, ἣν ἂν ἀποδείξωσιν αὗται λειτουργὸν τῶν ἱερῶν, ubi ἄν a secunda demum manu Urbinatis adjectum.

b. codices quidem consentiunt, sed

α. loci a viris doctis ita mutati sunt, ut constructio illa intolerabilis evanescat, aut intrudatur:

IX 45 (292, 5), quo de loco infra accuratius agemus quid sit statuendum. — XIII 6 (192, 29) παρεκάλει Κάμιλλον διαλλαγῆναι πρὸς τὴν πατρίδα, τὰς συμφορὰς ἐν αἷς ἦν ἐπιλογισάμενον, δι' ἃς ὑπέμεινεν ἐπὶ τὸν ὑβρισθέντα ὑφ' ἑαυτῆς καταφυγεῖν, ubi Struvius (op. I p. 177) invenit ἐν αἷς ᾖ, quod ipse jam in ἦν vel εἴη mutandum jubet. – XIX 15 (244, 29) παρέχει (ἡ πόλις) τοῖς πρὸς τὰ κοινὰ προςιοῦσιν ἅπαντα ὅσων ἂν δέωνται, ἄν demum a Kiesslingio additum est.

β. viri docti nihil mutarunt:

Hujus generis non exstant loci nisi quos tractavimus et

VII 59 (76, 3) ubi *ἕως οὗ* cum nudo conjunctivo constructum est: *καὶ τοῦτο συνέβαινεν ἕως οὗ τὸ αὐτὸ φρονήσωσιν ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα λόχοι.* — Hoc loco *ἕως οὗ* vix aliter intellegi possit, ac sola particula *ἕως*, quam apud Dionysium saepius solo cum conjunctivo conjungi infra ostendemus. —

Porro in sententia relativa, quae pendet ex particula, quam dicunt locali, praeter eum, quem supra significavi ac pertractavi locum, uno tantummodo loco in codicibus *ἂν* omisso conjunctivum legimus, rectissime autem *ἄν* inseruit Struvius: XIX 1 (232, 17) *χρησμὸν ἔλαβον πλεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἐξευρόντας δὲ χωρίον τῆς Ἰαπυγίας Σατύριον καὶ ποταμὸν Τάραντα, ἔνθ' ἂν ἴδωσι τράγον τῇ θαλάττῃ τέγγοντα τὸ γένειον, ἐκεῖ τοὺς βίους ἱδρύσασθαι.* —

His rebus consentaneum videtur, etiam particulam *εἰ* cum solo conjunctivo construi, qui usus rarissime probatur apud optimae aetatis scriptores pedestris orationis, contra saepius nobis occurrit apud scriptores posteriores, qui aetate *κοινῆς* floruerunt. Ita etiam apud Dionysium talia leguntur; neque vero ullus locus exstat, quo non dissentiant libri manuscripti.

Dissentiunt igitur codices: VII 41 (50, 23) *οὕτω δ' ἂν ἡμῖν τὸ μὴ μεῖον ἔχειν τῶν δικαίων ἀποδοίητε, .. εἰ κωλύοιτε* (*κωλύητε* Bb). — 42 (51, 12) *εἰ δὲ τἀναντία γνοίητε καὶ ἀφέλοισθε ἡμῶν τὴν ἐλευθερίαν .., στασιάζειν ἡμᾶς αὖθις ἀναγκάσετε,* (*ἀφέλεσθε* B, *ἀφέλησθε* A, correxit Sylburgius). — 42 (51, 19) *οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ δι' ἀπειρίαν τῶν κακῶν μήτε ἄχθονται τοῖς γεγονόσι δεινοῖς, μήτε κωλύουσιν ἐκ πολλοῦ τὰ μέλλοντα* (*ἄχθωνται* Ab B, et *κωλύωσιν* B). — X 15 (23, 15) *ἔφη τοὺς πατρικίους . . . καὶ εἴ τι ἄλλο πλῆθος ἐθελούσιον αὐτοῖς συναρεῖται τοῦ πολέμου, μετὰ τούτων πολιορκεῖν τὰ φρούρια,* (*συναρεῖται* Ba *συνάρηται* A Bb). — XI 5 (99, 5) [*καὶ εἰ τοῦτο*] *μανεὶς ὁ δῆμος ὑπομείνῃ, πάλιν τὴν αὐτὴν κατάστασιν ἕχετε· καὶ εἰ τοῦτο* desunt in L in lacuna decem litterarum, ut a Kiesslingio docemur; *ὑπομείνῃ* in L V *ὑπομένειν* in C *ὑπομείνει*

in M, unde colligi dicit Kiesslingius in hiatu codicis Florentini esse reponendum κἂν τοῦτο. — XI 5 (99, 8) τὴν αὐτὴν κατάστασιν ἔχετε [καὶ εἰ] κωλύετε λέγειν.. [καὶ εἰ δίκαια ταῦτα δόξωσιν.] ubi καὶ εἰ in L deest in lacuna quinque litterarum; pro quibus verbis Kiesslingius suspicatur μὴ δή; — ad verba 'καὶ εἰ δίκαια ταῦτα δόξωσιν' adnotat Kiesslingius: 'verba κ. εἰ δ. τ. δ. quae prorsus inepta sunt omisit L in lacuna quindecim litterarum'. — XI 33 (136, 32) ἐφ' οἷς ἅπασι πολὺς ὁ προσποιητὸς σχετλιασμὸς ἦν, εἰ μὴ τεύξεται τῶν ἴσων τοῖς ἄλλοις (τεύξωνται LV quod Sylburgius correxit). — XV 3 (211, 18) ἀποχρῆν ὑπολήψονταί σφισιν, εἰ τὰ ἑαυτῶν ἐάσομεν ἑκάστους ἔχειν, ubi ἐάσωμεν exstat in excerptis περὶ ἐπιβουλῶν ex codice Scorialensi.

Codices aliam praebent scripturam, conjunctivus autem a viris doctis conjectus est hisce locis: III 5 (216, 8) ἔγνω προκαλεῖσθαι τοὺς πολεμίους, μαθὼν τὸν ἐπικρεμάμενον κίνδυνον, εἰ μὴ σπείσονται τὸν πόλεμον, ubi σπείσωνται conjecit Reiskius. — XIX 14 (243, 16) πίστεις τε ὑπέχομαι πάσας.. περὶ τῆς ἀνακομιδῆς, εἰ - . . ποιήσονται κτλ., ubi ποιήσωνται conjectum est a Kruegero, vix recte. —

Quae cum ita sint, neminem, puto, probaturum esse quod Sintenisius IX 45 (292, 5) οὔτε ὅδε ὁ νόμος οὔτ' ἄλλος οὐδείς, ὃν οὐχ ἡ βουλὴ προβουλεύσει, κύριος ἐπὶ τῆς ἐμῆς ὑπατείας γενήσεται, recipi jubet (spec. II Zerbst 1862 p. 4) cum dicit 'ratio flagitat προβουλεύσῃ'. Nihil hic mutandum puto. Talibus enim in negatis sententiis relativis, quae adnexae sunt enuntiatis ipsis quoque negatis in quibusque a Romanis conjunctivus usurpari solet, cum omnino apud Graecos, tum apud Dionysium indicativum solum invenimus. — Unum locum addam, quem supra attigi; quo etiam solus conjunctivus in enuntiato relativo legi videtur VII 59 (76, 3) καὶ τοῦτο συνέβαινεν ἕως οὗ τὸ αὐτὸ φρονήσωσιν ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα λόχοι. — Neque vero ita est; ἕως οὗ sane quasi una particula habita et usurpata est. Ipsum autem ἕως saepissime a Dionysio solo

cum conjunctivo conjungitur; ita enim invenitur sine ἄν triginta locis, cum quadraginta quinque locis ἄν adjectum est. Praeter hanc particulam temporalem quam dicunt ἕως nullae aliae a Dionysio ita usurpatae sunt, nisi tribus locis πρίν vel πρὶν ἤ: X 18 (28, 29) οὐ πρότερον ἀναστήσω τὸν στρατὸν ἐκ τῆς πολεμίας, πρὶν ἢ πᾶς ὁ τῆς ἀρχῆς μοι διέλθῃ χρόνος. — VIII 75 (199, 22) μὴ προεξαναστῆτε μηδὲ θορυβήσητε, πρὶν ἅπαντα ἀκούσητε ἃ λέγω. — V 42 (162, 22) τοῦ στρατοῦ τὸ κράτιστον μέρος ἦγεν ἐπὶ τὸν χάρακα, σιωπᾶν ἅπασι παραγγείλας . ἵνα μὴ γνοῖεν ἥκοντας αὐτοὺς οἱ πολέμιοι, πρὶν ἐπὶ τῷ ἐρύματι γένωνται. — Ac dubito de integritate scripturarum; certi autem aliquid constituere me non posse fateor, cum ne adjecta quidem particula ἄν praeter unum locum inveniatur, VIII 54 (169, 16) sine codicum discrepantia: ἦν δὲ τὰ δόξαντα αὐτοῖς τοιάδε· περὶ μὲν τῆς καθόδου μήτε τὴν βουλὴν τέλος μηθὲν ἐκφέρειν εἰς τὸν δῆμον, μήτ' ἐκεῖνον ἐπιψηφίζειν, πρὶν ἂν τοῖς Οὐολούσκοις εὐτρεπῆ γένηται τὰ περὶ φιλίας καὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου. — At si Jacobyus haec quae de ἕως particula protuli, secum reputasset, dubito, an tanta confidentia in dissertatione, quam de lingua Dionysii conscripsit, p. 13 ad locum V 11 (126, 24) adnotasset: 'ἕως ἂν musste aus A D aufgenommen werden', et p. 38 ad VII 69 (76, 3) 'wo entschieden ἕως ἄν zu schreiben ist'.

Jam hac de talibus enuntiatis relativis quaestione absoluta, redeamus, unde degressi sumus, ad locos, quibus pro Urbinatis scripturis ἂν φήσετε et ἂν προαιρήσεσθε legendum vidimus: ἂν φήσαιτε et ἂν προαιρῆσθε. Nimirum de scripturis rejiciendis φήσετε et προαιρήσεσθε, qui in ordinem verborum inrepere potuerint, nihil aliud possumus dicere nisi habere nos his locis re vera lapsus librarii, qua in explicatione non semel nostris in litteris tractandis acquiescendum nobis est.

Venimus ad postremum, de quo hac in disputatione disseramus, locum:

VIII 8 (111, 17) οὐκοῦν ἀδικεῖσθαι πρότεροι λέγοντες ὑπ' αὐτῶν κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἐπὶ τὰ ὅπλα χωρήσετε, καὶ συμμάχους ἕξετε ὅσοι τὰ ἑαυτῶν ἀφαιρεθέντες ἀπεγνώκασιν ἄλλως ἂν ἔτι αὐτὰ ἢ πολεμοῦντες οὐκ ἀπολήψεσθαι, ut hunc locum in editione Kiesslingiana legimus. In Urbinate a prima manu scriptum exstat infinitivus ἀπολήψεσθαι omissa particula οὐκ, quam scripturam Sylburgius et Reiskius probarunt, a secunda manu οὐκ ἀπολήψεσθε, igitur indicativus futuri cum ἂν conjunctus, qui mea quidem sententia hoc loco minime ferri potest. Etenim, si scriberemus οὐκ ἀπολήψεσθε, necesse erat, ut a verbis 'ἄλλως ἂν κτλ.' novum inciperet enuntiatum; id quod magnas afferret difficultates: primum enim deest conjunctio duarum sententiarum, quae se excipiunt, deinde desideramus objectum, ut hoc utar brevi vocabulo, verbi ἀπεγνώκασιν. Itaque infinitivum primae Urbinatis manus retinendum esse censeo cum viris doctis quantum video omnibus, quippe quo omnes difficultates tollantur, simul autem rejiciendam esse cum Sylburgio et Reiskio particulam οὐκ, quam Kiesslingius in ordine verborum retinuit, itaque scripturam primae Urbinatis manus intactam esse probandam. Nam licet infinitivo, qui ex verbo ἀπογιγνώσκειν pendet, semel vel bis pleonastice quod dicunt addatur particula οὐ, tamen omnino rarissimum hoc esse concedendum est, ac nescio an ne firmis quidem fundamentis nisus sit hic usus; vulgaris et communis usus est, quod omnes sciunt, si omnino negativa particula pleonastice adiciatur, ut addatur particula μή. — Ac ne Dionysius quidem hunc usum similibus in verbis prorsus neglexit; sed tale μὴ verbi causa invenimus infinitivo adjectum, qui pendet ex verbis ἀπειπεῖν, ἀπομάχεσθαι, ἀρνεῖσθαι; nusquam repereris οὐ. Ne desint exempla, haec afferam: VIII 38 (148, 25) καὶ τὸ λοιπὸν ἀπεῖπε μὴ (μηδένα Ba) διαλέγεσθαι πρὸς αὐτόν. — XI 41 (147, 4) καὶ τὸ λοιπὸν ἀπεῖπαν (ἀπεῖπον legi vult Jacobyus acta soc. phil. Lips. I 2 p. 301) μηδένα Ῥωμαίων ἄρχειν διὰ βίου τὴν ἀνυπεύ-

ϑυνον ἀρχήν. — II 60 (185, 26) καὶ μέχρι πολλοῦ διέμεινεν ἀπομαχόμενος μὴ λαβεῖν τὴν ἀρχήν. — X 34 (53, 1) ἀρνοῦνται μηδὲν ὧν οἱ νόμοι κεκωλύκασιν εἰς τὰ τῶν δημάρχων πλημμελῆσαι σώματα. —

Nullo autem loco particulam μὴ a Dionysio pleonastice quod vocant adjectam reperies infinitivo, qui pendet ex verbo ἀπογιγνώσκειν; quod quidem verbum aut cum

substantivo construitur (eaque est usitata constructio), quod et in accusativo et in genitivo ponitur, ut haec demonstrant exempla.

a. accusativus sequitur: V 3 (115, 3) ἀπογνοὺς τὰς ἐπικουρίας. — 59 (186, 9) τὰ παρὰ τῶν Λατίνων. — 60 (187, 2) τὰς συμμαχικὰς ἐλπίδας. — 62 (190, 18) πάσας τὰς (τὰς additum in Urbinate) συμμαχικὰς ἐλπίδας. — VIII 38 (148, 28) πᾶσαν ἐλπίδα. — 46 (158, 22) πᾶσαν ἄλλην βοήϑειαν. — IX 68 (326, 20) τῆς πόλεως τὴν ἅλωσιν. — X 18 (28, 27) πᾶσαν δημαγωγίαν. — 24 (38, 27) συμμάχων βοήϑειαν. — XIII 1 (189, 2) ἀπεγνωκὼς τὴν πόλιν .. ἐξήγαγεν κτλ. — V 15 (132, 3) ubi passivum quod dicunt verbi ἀπογιγνώσκειν cum nominativo conjunctum est: οἷς ἐσχάτοις ὅταν ἀπογνωσϑῇ πᾶσα ἐλπὶς .. καταχρῶνται.

b. genitivum pendentem ex verbo ἀπογιγνώσκειν duobus locis invenimus: VI 12 (226, 14) ἀπογνοὺς ἁπάσης ἐλπίδος εἰς μέσους αὐτοὺς ἵεται. — XV 4 (214, 10) quem locum Kiesslingius ita tradit: ἀπογνόντες δὴ τὰς ἐκεῖϑεν ἐπικουρίας, ἔγνωσαν, ex adnotatione critico autem docemur, τὰς a Kiesslingio scriptum esse pro τῆς, quod legitur in excerptis περὶ ἐπιβουλῶν ex codice Scorialensi; equidem non video, cur vir praestantissimus mutaverit, cum vocis ἐπικουρία singularis numerus etiam aliis locis antiquitatum Romanarum exstet, ut VI 27 (245, 17) οὔϑ' ὅπλων ἥπτοντο οὔτ' ἄλλως παρείχοντο τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἐπικουρίαν οὐδεμίαν. — IX 17 (251, 32) ἐψηφίσαντο

τὴν δύναμιν ἀπάγειν ἐπικουρίας τοῦ συνάρχοντος ἕνεκα. — 65 (322, 12) ἄγων τὴν συναχθεῖσαν ἐπικουρίαν.. ἐπιφαίνεται. Ac ne illud quidem ullius potest esse momenti, quod aliis locis, ut V 3 (115, 3), legitur ἀπογνοὺς τὰς παρὰ τούτων ἐπικουρίας. Nam tum eodem jure priore loco, ubi legitur ἀπογνοὺς ἁπάσης ἐλπίδος mutandum erat, cum, ut demonstrant exempla, saepius ἀπογνόντες ἐλπίδα vel similiter inveniatur. Equidem igitur codicis scripturam retinendam esse censeo.

Aut solo cum infinitivo conjungitur verbum ἀπογιγνώσκειν, id quod his demonstretur exemplis:

VIII 66 (184, 11) ἀπογνόντες γὰρ ἔτι ἀνθέξειν ἑτέρᾳ μάχῃ, ἔγνωσαν. – XII 6 (181, 1) ἐπιστρέφειν μὲν ὀπίσω ἀπέγνω. — XIII 8 (195, 3) ὥστε τοὺς Κελτοὺς ἀπογνόντας, δι' ἀπάτης ἢ κλοπῆς καθέξειν τὸ φρούριον, περὶ λύτρων διαλέγεσθαι. — XVII 1 (227, 14) ἠναγκάσθησαν καταφυγεῖν .. οὐκ ἀπογνόντες δὲ συμπείσειν αὐτούς (ubi in libris συμπεσεῖν exstat.). — XX 3 (255, 21) καταβαίνειν μὲν ἀπὸ τῶν μετεώρων καὶ συλλαμβάνειν τῆς μάχης ἀπέγνωσαν. – Eadem ratione similia verba, velut ἀναίνεσθαι, ἀπαξιοῦν solo cum infinitivo conjunguntur a Dionysio, ut X 19 (29, 28) τὸν δὲ δῆμον ὁρῶσα οὐκ ἀναινόμενον ὑπ' ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἄρχεσθαι. — II 3 (121, 25) οὔτε ἄρχειν ἀπαξιῶ οὔτε ἄρχεσθαι ἀναίνομαι. Saepissime vero verbum κωλύειν, quod uno tantum loco, quod quidem ego meminerim, particula μὴ pleonastice infinitivo adposita, invenitur, idque loco sane difficillimo multumque a viris doctis tractato: VI 44 (264, 10), qui apud Kiesslingium ita legitur: ἀδικοῦμαι, ὡς δὴ... ἰδίαν ὠφέλειαν περιποιήσασθαι παρασχὼν καὶ τὰς τῶν πολιτῶν οὐσίας δημεύειν ἀξιῶν τῆς βουλῆς γε κωλυούσης [ἢ] μὴ παρανομεῖν, στρατιᾶς τε ἐναντιουμένων τῶν βουλευτῶν ἀφειχῶς κτλ., ubi τῆς βουλῆς scripsit Kiesslingius pro ἧς quod tradunt libri; ipse quoque ἢ seclusit, ut in adnotatione critica dicit (jam antea a Schmitzio seclusum erat: 'De Dion. Hal. quibusdam locis emendandis, Bonnae

1854, p. 24) probavitque Kayserus eam quam Kiesslingius constituit scripturam in censura voluminis alterius editionis Kiesslingianae (Annal. Fleckeis. 1866 p 37). Equidem tantummodo id dixerim, ea de causa, quod nusquam alibi antiquitatum Romanarum verbum κωλύειν tale μή sequi videtur, nullam mihi videri speciem probabilitatis eis inesse conjecturis, quibus tale μή in ordine verborum retinetur. Novam et probabilem hujus loci emendationem fateor me non reperisse.

Etiam substantivo ἀπόγνωσις si adjectus est genitivus infinitivi, μή omittitur a Dionysio, id quod hoc legis loco IX 21 (257, 70) τὴν ἀπόνοιαν, ἣν προςειλήφεσαν κατὰ τὴν ἀπόγνωσιν τοῦ ζῆν, δεδιότες.

Quae cum ita sint, equidem eo quem tractamus loco cum prima Urbinatis manu legerim solum ἀπολήψεσθαι. Igitur haberemus infinitivum futuri cum ἄν conjunctum, nisi melius ac verius dicamus, particulam ἂν non tam ad infinitivum, quam ad adverbium ἄλλως pertinere. — Talis infinitivi futuri temporis, ἄν adjecto, duo fere exempla in Dionysii libris manuscriptis exstant idque falso:

X 49 (73, 26) (ἔφη) τὸν νεανίαν.. λόγον αἰτησάμενον εἰπεῖν, ὅτι τοῖς μὲν δεομένοις πολλὴν οἶδε χάριν, αὐτὸς δ' οὐκ ἂν ἀγαπήσειν τυχὼν χάριτος, ἥτις αὐτὸν ἀφελεῖται τὸ πρὸς τὸ γένος εὐσεβές, quo loco suo jure Sylburgium optativum aoristi ἀγαπήσειεν restituisse non est cur planius demonstretur. — Alter locus exstat in libro tertio: III 20 (240, 2) qui apud Reiskium ita legitur (p. 460, 1) ῥᾷστα δὲ διαστήσειν αὐτοὺς ὑπελάμβανεν (unus ex Horatiis), εἰ δόξαν παράσχοι φυγῆς· οὐ γὰρ ἂν ὑπ' ἀμφοτέρων διώξεσθαι τῶν ἀδελφῶν, ἀλλ' ὑφ' ἑνὸς ὁρῶντος τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἔτι καρτερὸν τὸν πόδα. Hic particula ἄν in Urbinate et Chisiano deest, quae re vera ut desit necesse esse ostendit Schnellius. — At vero haec non causa est, quod infinitivum futuri cum ἄν conjunctum omnino improbamus, cum indicativo ἄν adjectum esse intellexerimus.

Immo animadvertimus, id quod nunc in fine totius disputationis mihi addendum est, etiam participium futuri nonnullis locis cum ἄν conjunctum esse, quos locos neque Kiesslingius neque alius virorum doctorum mutare studuit, scilicet:

I 57 (70, 19) ὁρῶν δὲ αὐτοὺς ὡπλισμένους.. τῆς μὲν αὐτίκα παρακινδυνεύσεως, ὡς οὐκ ἂν ἐξ ἐφόδου αὐτοὺς ἔτι χειρωσόμενος, ἀποτρέπεται. – VI 62 (286, 2–3) ἡ μὲν γὰρ τῶν φυγάδων βραχεῖά ἐστιν ἰσχὺς.., πορίζεσθαι δὲ τὰ ἐπιτήδεια οὐχ ὅπως δι' ἁρπαγῆς ἔτι δυνησομένη ἐπειδὰν τὰ ὄντα ἀναλώσῃ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἄλλοθεν ὠνητὰ ἐπεισάγεσθαι διὰ πενίαν, ubi δυνησομένης in Urbinate legitur, in eodemque libro ἄν omissum est. — 77 (303, 20) ᾧ πιστεύσαντες ἡμεῖς, ὡς οὐκ ἂν ὑπὸ δικτάτορός τε καὶ ταῦτα χρηστοῦ περὶ ἡμᾶς ἀνδρὸς φενακισθησόμενοι, συνηράμεθα ὑμῖν. — III 20 (240, 12) τῶν δ' ὀδυρομένων ὡς οὐκ ἂν ἔτι τῆς τύχης σφᾶς διαναστησομένης, ταμιευσάμενος τὸν καιρὸν ὁ Ῥωμαῖος ὑποστρέφει. — Fortasse etiam huc quadrat quintus locus IX 15 (246, 13) ἐλύπει δ' αὐτοὺς ἡ τῶν ἀποσταλησομένων φρουρῶν καταγραφὴ τίνα τρόπον ἂν γένοιτο, ὡς οὐκ ἂν ἑκουσίων γέ τινων προκειμένων ἁπάντων, καὶ μὴ ἐκ διαδοχῆς ἀλλὰ συνεχῶς ταλαιπωρεῖν ὑποστησομένων.

Haec habui de Dionysii usu indicativum futuri cum particula ἄν conjungendi quae dicerem.

Quoniam igitur in hac quam modo absolvi quaestione tractarda ampla mihi oblata erat occasio ad usum et optativi, qui a Dionysio in enuntiatis primariis non solum, sed etiam in secundariis usurpatus sit, et conjunctivi, quem in enuntiatis relativis adhibitum invenias, quodammodo et nonnullis ex partibus exemplis illustrandum, nunc paulo accuratius

de usu conjunctivi
qualis sit in enuntiatis primariis

agendum videtur. Hunc quod attinet ad usum, nemo est quin

sciat, in carminibus Homericis quidem tritum ac vulgatum fuisse conjunctivum in enuntiatis primariis multoque usitatiorem, quam apud Atticos; qua ex re facile concludere possumus, cum ante Homerum conjunctivi non pendentis fines etiam latius patuisse, tum ea aetate, qua κοινὴ floruit, hunc usum magis magisque circumscriptum esse. Ac re vera ita res sese habere videtur. Apud Dionysium saltem hujus conjunctivi usum satis arctis finibus circumscriptum esse apparet, si quidem ab hoc scriptore nullum conjunctivum in enuntiatis primariis usurpatum vides, nisi quem dicunt adhortativum, eumque saepius.

At ne adhortativum quidem conjunctivum eadem ratione iisdemque numeris adhibuit, quibus boni Atticorum aetatis scriptores. Etenim scis, omnibus temporibus omnibusque in dicendi generibus primam pluralis numeri personam adhortative, ut ita dicam, saepius qualibet alia persona usurpatam esse; attamen constat, ne singularis quidem numeri primae personae exempla prorsus desiderari, immo non solum apud poetas, verum etiam apud pedestris orationis scriptores saepius legi, plerumque praemisso imperativo adhortativo, veluti apud Homerum semper ἀλλ' ἄγε, ἄγετε, apud posterioris aetatis scriptores et ἄγε et ἔα et etiam φέρε, qui imperativus tali ratione ab Atticis rarius usurpatus, apud Dionysium autem aliis multo usitatior est, id quod infra, ubi de imperativi usu agemus, accuratius perspicies. Ita verbi causa prima singularis numeri persona exstat apud Platonem in Phaedone 63 B φέρε δή, ἦδ' ὅς, πειραθῶ πρὸς ὑμᾶς πιθανώτερον ἀπολογήσασθαι ἢ πρὸς τοὺς δικαστάς. Herod. VII 103, ἐπεὶ φέρε, ἴδω παντὶ τῷ οἰκότι. — Verum apud Dionysium operam prorsus perdideris atque acta egeris, si singularis numeri primam personam vel affirmatam vel negatam investigare studueris. Desunt enim exempla. Quae res cum ita se habeat neque hujus probati et accepti usus ullum inveniatur exemplum, quid mirum, quod ne aliis quidem personis nec secunda nec tertia conjunctivi ad-

hortativi Dionysius usus est? Nimirum eos excipio locos, quibus hae personae conjunctivi aoristi, negatione μή vel μηδείς adjecta, imperativi vice funguntur, qua ipsa adeo de re liceat mihi, hunc usum infra simul cum imperativi usu accuratius illustrare. Neque enim ullo tempore, neque ullo in genere dicendi harum personarum usus in enuntiatis affirmatis vulgaris ac tritus fuit. Videmus igitur sane exiguis finibus conjunctivum in enuntiatis primariis apud Dionysium contineri. Etenim nisi primae personae numeri pluralis nulla exstant exempla conjunctivi adhortativi. Nec vero hoc jam satis. Unum si excipias locum, conjunctivus adhortativus a Dionysio adhibitus est tantummodo in sententiis quas vocant affirmativis, dico locum III 23 (251, 20) ἄρχειν τῶν προςοίκων παρέδοσαν ἡμῖν οἱ πατέρες ὁμοῦ τι πεντακόσια ἔτη τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ βίου διαφυλάξαντες, οὗ μὴ ἀποστερήσωμεν ἡμεῖς τοὺς ἐκγόνους, qui quidem locus non prorsus huc quadrat, cum conjunctivus exstet in enuntiato relativo; attamen pronomen relativum hoc loco, ut fit etiam apud Dionysium, fere vi ac significatione pronominis demonstrativi positum est. Itaque omnes qui inveniuntur conjunctivi in enuntiatis primariis, sunt adhortativi primae personae numeri pluralis, affirmati.

Hoc conjunctivo compluribus locis Dionysius usus est, aut solo aut conjuncto cum imperativis vel cum indicativis futuri temporis. Ac primum quidem, si solus exstat conjunctivus adhortativus, plerumque is qui loquitur condiciones adicit, quibus completis id effici potest, ad quod animos incitat, vel fines, ad quos persequendos ipse adhortatur; igitur

I. condiciones adjectae sunt, quae si completae sint, orator id ad quod inflammat studium eorum qui audiunt, faciendum esse putat:

III 23 (252, 8) εἰ μὲν οὖν ταῦτα κράτιστα πᾶσιν ὑμῖν

ἔσεσθαι δοκεῖ, πράττωμεν αὐτά, εἰ δέ τις ὑμῶν τἀναντία ἔγνωκε καὶ δυοῖν θάτερον . . οἴεται δεῖν ἢ . . ἀναβάλλεται τὸν παρόντα (καιρὸν), μὴ κατοκνείτω φέρειν εἰς μέσον ἃ φρονεῖ· ὅ τι γὰρ ἂν ἅπασιν ὑμῖν κράτιστον φανῇ βούλευμα, τούτῳ χρησόμεθα. — IV 4 (7, 15) ἔπειθ' ὅταν ἡμῖν καιρὸς εἶναι δοκῇ, τότε λέγωμεν ἀποτεθνηκέναι Ταρκύνιον καὶ ταφὰς αὐτοῦ ποιῶμεν ἀπὸ τοῦ φανεροῦ. — 71 (95, 6) ὅταν δὲ λάβωμεν τὸ πλῆθος ὡρμημένον καταλῦσαι τὴν μοναρχίαν, ψῆφόν τε αὐτοῖς ἀναδῶμεν καὶ τὸ περὶ τούτων δόγμα πρὸς τοὺς ἐπὶ στρατοπέδου διαπεμψώμεθα ἐν τάχει (διαπέμψωμεν mavult Reiskius). — VI 24 (241, 17) ἐὰν δέ τι παρακινεῖν ἢ νεωτερίζειν προενεχθέντες ἐπιβάλωνται, κατείργωμεν αὐτούς, τῷ σωφρονοῦντι μέρει τῆς πόλεως. — 63 (287, 27) ἐὰν δὲ καὶ ἄλλης ἐπιδέῃ βοηθείας, τούς τε ἐκ τῶν φρουρίων μεταπεμπώμεθα καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἀποικίαις ἀνακαλῶμεν. — X 12 (18, 17) καὶ ταῦτα . . ὅταν ἤδη πιστὰ εἶναι τοῖς πολλοῖς δόξῃ, ἐπιστολὰς μηχανησώμεθα πολλῶν παρόντων ἡμῖν ὑπ' ἀνδρὸς ἀγνῶτος ἀναδοθῆναι. — 15 (23, 5) quo loco conjunctivum sequitur interrogatio directa quam vocant cui eadem est sententia atque conjunctivo adhortativo negato: εἰ μὲν οὖν . . ὑπισχνοῦνταί τε ἡμῖν οἱ πατρίκιοι καὶ πίστεις βούλονται δοῦναι τὰς ἐπὶ θεῶν, . . συνελευθερῶμεν αὐτοῖς τὴν πατρίδα· εἰ δὲ οὐδὲν ἀξιοῦσι ποιεῖν τῶν μετρίων, τί κινδυνεύομεν καὶ τὰς ψυχὰς ὑπὲρ αὐτῶν προιέμεθα; —

II. Aut causarum facit mentionem, quibus commotus ceteros adhortetur, ut hisce locis:

IV 72 (95, 31) ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω πράττειν ὑμῖν δοκεῖ σκοπώμεθα πάλιν, τίς . . ἀρχὴ γενήσεται. — VI 36 (256, 2) ἐπειδὴ Οὐολοῦσκοι μὲν ἀπαιτοῦσιν ἡμᾶς ἃ ὅπλοις κρατήσαντες ἔχομεν καὶ πόλεμον ἀπειλοῦσι μὴ πειθομένοις, τάδε λέγωμεν (λέγομεν A B). — VII 36 (45, 17) ἀλλ' ἐπειδὴ πρόφασιν εὐπρεπῆ προβάλλονταί τινες τὸν νόμον, . . συγχωρήσωμεν αὐτοῖς τὸ δίκαιον τοῦτο . . . καὶ δείξωμεν κτλ. — VIII 72 (195, 5) ἐπεὶ τοίνυν τὸ μὲν ἕτερον τῆς γνώμης μέρος ἀμφοτέροις τοῖς

ὑπάτοις συνδοκεῖ, τὸ δ' ἕτερον ἀντιλέγεται πρὸς θατέρου . ., ὃ μὲν δίδοται παρ' ἀμφοτέρων ἤδη λάβωμεν, ὑπὲρ οὗ δὲ ἀμφισβητοῦσιν, ἀναβαλώμεθα. —

III. Aut finem significat, quem ad consequendum animos impellat, ut hisce locis:

IV 71 (94, 22 27) πρῶτον μὲν διὰ φυλακῆς τὰς πυλὰς ἔχωμεν, ἵνα μηδὲν . . αἴσθηται Ταρκύνιος· ἔπειτα κομίσαντες τὸ σῶμα τῆς γυναικὸς . . εἰς τὴν ἀγορὰν . . συγκαλῶμεν τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν. — VI 63 (287, 21) ἵνα δὲ πρόθυμον ᾖ πρὸς τοὺς ἀγῶνας (τὸ δημοτικόν), ἄφεσιν αὐτῷ χαρισώμεθα τῶν χρεῶν, μὴ κοινὴν, ἀλλὰ κατ' ἄνδρα. —

Aliis locis non comprobarunt oratores ea quae fieri volunt talibus rationibus et argumentis, dico hosce:

IV 70 (93, 19) νυνὶ δὲ ὡς τιμωρήσομεν αὐτῇ σκοπῶμεν· τοῦτο γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς ἀπαιτεῖ (ubi in A B σκοπῶμεν, in C D μελετῶμεν, unde effecit Sintenisius I p. 26 μελέτω ἡμῖν). — VI 36 (256, 10) Λατίνων δὲ εὔνουν ἐπαινέσαντες ἀναθαρσύνωμεν τὸ δεδιός. -- 62 (286, 28) οὓς (pronom. demonstr.) ἐν ὄψει τῶν συγγενῶν στήσαντες ἀπειλῶμεν (ita Kiesslingius, in libris ἀπολοῦμεν.) εἰ τολμήσαιεν ὁμόσε χωρεῖν, ὡς ταῖς ἐσχάταις λώβαις διαχρησόμενοι. — 63, (287, 18) πρὸς δὲ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους αὐτοί τε χωρῶμεν ἁπάσῃ προθυμίᾳ καὶ τοὺς πελάτας ἅπαντας ἐπαγώμεθα καὶ τοῦ δημοτικοῦ τὸ περιόν — VI 79 (306, 28) ὅση σπουδὴ καὶ δύναμις ἑκάστῳ πάρεστι, φεύγωμεν ἀπ' αὐτῶν ἄσμενοι. — VIII 11 (114, 7) ἐν ὅσῳ δὲ τὰ στρατεύματα μέλλετε καταγράφειν, ἐγὼ καὶ Τύλλος ἔργου ἐχώμεθα. — 39 (149, 28) ταύτην ἔχουσαι τὴν πιναρὰν τε καὶ ἄκοσμον ἐσθῆτα . . βαδίζωμεν (βαδίζομεν in B) ἐπὶ τὴν Οὐετουρίας . . οἰκίαν· καὶ . . δεώμεθα μετὰ δακρύων. — 39 (150, 3) ἀκολουθῶμεν γὰρ αὐτῇ τὰ παιδία ἐπαγόμεναι. — 74, (198, 4) ἀποκρινώμεθά τε αὐτοῖς (ἀποκρινόμεθα in A Bb). — X 12 (18, 12) αἰτιασώμεθα συνίστασθαί τινας ἐκ τῶν ἐπιφανῶν ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου κτλ. —

Jam vero dixi, et imperativos quosvis et indicativos futuri temporis hoc cum conjunctivo conjunctos esse; atque id invenies haud ita raro, id quod haec tibi demonstrent exempla: imperativi sequuntur vel antecedunt:

IV 4 (6, 20) *πρῶτον μὲν κρυπτώμεθα τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον καὶ πρὸς ἅπαντας ἐξενεχθῆναι παρασκευάσωμεν ὅτι πληγὴν οὐδεμίαν ἔχει καίριον, οἵ τε ἰατροὶ λεγέτωσαν κτλ. . . . ἔπειτα ἐγὼ προελθοῦσα ἐρῶ κτλ.* — IV 71 (94, 27 – 95, 1) *συγκαλῶμεν τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν· ὅταν δὲ συνέλθῃ . . . Λουκρήτιός τε καὶ Κολλατῖνος ἀποδυράσθωσαν τὰς ἑαυτῶν τύχας . . . ἔπειτα τῶν ἄλλων ἕκαστος παριὼν κατηγορείτω τῆς τυραννίδος καὶ τοὺς πολίτας παρακαλείτω.* — VI 79 (306, 2) *ἐπὶ τοιαύταις δὴ τύχαις καὶ συμφοραῖς οὐκ εὐκταίαις μήτε ὑμεῖς. ὦ πατρίκιοι, καλεῖτε ἡμᾶς, μήτε ἡμεῖς αὐτοῖς ὑπακούωμεν, ὦ δημόται, ἀλλ' ὡς διῄρηκεν ἡμᾶς ἀπ' ἀλλήλων ἡ τύχη στέργωμεν.* — 79 (306, 7) *ἐχέτωσαν μὲν οὖν οὗτοι τὴν πόλιν ὅλην καὶ καρπούσθωσαν ἡμῶν δίχα καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἁπάντων ἀπολαυέτωσαν μόνοι· . . . ἀπαλλαττώμεθα* (*ἀπαλλαττόμεθα* in B) *δὲ ἡμεῖς ὅποι ποτ' ἂν ἡμᾶς ὁ δαίμων ἄγῃ.* — VII 31 (39, 23) *μετριάσατε καὶ τους λόγους . . πολιτικῶς καὶ μὴ δυσοργήτως ἐνέγκετε* (*ἐνέγκητε* in A B). — III 23 (252, 8. 14.) *εἰ μὲν οὖν ταῦτα κράτιστα πᾶσιν ὑμῖν ἔσεσθαι δοκεῖ, πράττωμεν αὐτὰ . ., εἰ δέ τις ὑμῶν τἀναντία ἔγνωκε . . μὴ κατοκνείτω φέρειν εἰς μέσον ἃ φρονεῖ.* —

Indicativi futuri antecedunt vel sequuntur:

X 12 (18, 20 sqq.) *ἔπειτ' ἐλθόντες ἐπὶ τὸ συνέδριον ἀγανακτῶμέν τε καὶ σχετλιάζωμεν καὶ τοῦ ζητεῖν τὰ προσηγγελμένα αἰτῶμεν τὴν ἐξουσίαν· ἐάν τε γὰρ ἀντιλέγωσιν ἡμῖν οἱ πατρίκιοι, ταύτην ληψόμεθα τοῦ διαβαλεῖν αὐτοὺς πρὸς τὸν δῆμον ἀφορμήν, καὶ οὕτως ἅπαν τὸ δημοτικὸν ἠγριωμένον αὐτοῖς ἑτοῖμον ἡμῖν εἰς ἃ βουλόμεθα ὑπάρξει· ἐάν τε συγχωρῶσι, τοὺς γενναιοτάτους ἐξ αὐτῶν . . ἐλαύνωμεν.* —

Uno loco id, quod apud Atticos scriptores probatum atque

acceptum fuerat, etiam a Dionysio adhibitum est, conjunctivus adhortativus antecedente imperativo adhortativo, ut ita dicam, veluti *ἄγε, ἔα, φέρε*: I 13 (15, 30) *φέρε δὴ καὶ τὸ γένος οἷον ἦν τὸ τῶν Οἰνώτρων ἀποδείξωμεν.* —

Jam vero, quod verbo tantummodo commemorare velim, quo saepius Dionysius conjunctivum adhortativum in enuntiatis primariis usurpavit, eo rarius in secundariis; etenim si eum, quem supra attuli locum omittimus (III 23 [251, 20]), uno solo loco conjunctivus adhortativus uno in codice exstat post pronomen relativum VI 24 (241, 24) *μέγιστον δὲ πάντων ὅπλον καὶ δυσκαταγώνιστον, τὸ τῆς βουλῆς κράτος, ᾧ δεδιττόμεθα αὐτοὺς μετὰ τῶν νόμων ἱστάμενοι*, ubi in Chisiano legitur *δεδιττώμεθα*, quod maluisse Sylburgium, probasse Kayserum, mea autem sententia non necessarium esse jam supra memoravi.

Prorsus contrarius est usus conjunctivi qui vocatur deliberativi, qui in enuntiatis primariis non invenitur nisi semel uno in codice Vaticano XIX 16 (246, 23) *ἔπειτ᾽ ἐκείνων τῶν δορικτήτων ἐξόν μοι λαβεῖν, ὁπόσα ἐβουλόμην, οὐ λαβών, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ τοῦ δικαίου πλοῦτον ὑπεριδὼν ἕνεκα δόξης, ... τὰς παρὰ σοῦ δέξομαι* (in Vaticano *δέξωμαι*) *δωρεάς, καὶ ἀντὶ τῆς κρείττονος εὐπορίας ἀλλάξομαι τὴν χείρονα*; ubi rectissime indicativus futuri receptus est. – Ne mihi opponas, etiam VI 64 (288, 21) conjunctivum deliberativum nobis occurrere: *τί οὖν, εἴ τις ἔροιτό με, πράττειν ὑμῖν παραινῶ*; Non ita est. Neque enim deliberat Appius, quid suadeat, sed jam dudum bene scit animoque tenet, quae facienda sint; id quod ex sequentibus dilucide adparet; pergit enim Appius: *τουτὶ γὰρ ἴσως πάλαι γνῶναι σπεύδετε· μηδένα μήτε πρεσβείαν πέμπειν πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας κτλ.* – Contra in enuntiatis pendentibus, igitur in interrogationibus quas dicunt indirectis saepius exstat conjunctivus deliberativus, idque quater cum particula *ἄν* conjunctus, sine *ἄν* undecim locis.

Idem dicendum est de conjunctivo, quo significatur, metuere

aliquem, ne quid fiat vel non fiat; itaque conjunctivo pendente ex particulis μή vel μὴ οὐ vel οὐ μή nullo loco Dionysius in enuntiatis primariis usus est, quamvis sit usitatus apud bonos Atticorum scriptores; vel adeo, ut id hic statim addam, omnino has negationes cumulatas μὴ οὐ et οὐ μή in enuntiatis primariis prorsus sprevit Dionysius; itaque eum quoque usum, quo μὴ οὐ vel οὐ μή linguae quodam errore cum indicativo conjungebantur, quas constructiones inde ab aetate Platonis magis magisque in consuetudinem loquendi receptas ab iisque scriptoribus prae aliis amatas esse, quorum ex scriptis qualis sit ratio κοινῆς quam dicunt, perspicere possumus, vix est, cur commemoretur. Verum in Dionysii antiquitatum Romanarum libris ne hujus quidem usus ullum exemplum inveneris. Tantummodo infinitivis has geminatas particulas quas dicunt negativas adjecit, idque fere decies. Sed hoc non nisi obiter tangere volui. — Id addo, post verbum timendi Dionysium saepe et μή et μὴ οὐ cum conjunctivo conjuncta usurpasse.

Atque de usu conjunctivi non pendentis haec quidem hactenus. Nam quae aliae exstant rationes usus conjunctivi in enuntiatis primariis, cum non nisi a poetis comprobentur ideoque etiam a Dionysio rejectae sint, eas commemorare prorsus supervacaneum est.

Imperativi

ad usum quod attinet, ante omnia duo mihi digni videntur loci, qui accuratius tractentur, praesertim cum hac disputatione apta nobis offeratur occasio ad magnam imperativi usus partem exemplis illustrandam. Duobus enim antiquitatum Romanarum locis in eo quem apud Kiesslingium legimus ordine verborum exstat negatus aoristi imperativus, quem contra morem consuetudinemque positum esse, nemo est qui infitietur. Haud quidem ignoro, non prorsus inusitatum fuisse talem imperativum negatum, immo exemplis probari posse et ex poetarum

et ex solutae orationis scriptorum operibus haustis; quibus a viris doctis diligenter accurateque collectis perspicuum fit, quibusdam temporibus profecto hunc usum ex consuetudine loquendi fuisse. Nam in carminibus Homericis compluribus locis et secunda et tertia imperativi aoristi persona negatione affecta nobis occurrit; verum id mihi animadvertas, quo stabilior et constantior factus est usus dicendi, eo magis magisque hanc constructionem, praesertim secundam personam, evanuisse. Apud tragicos poetas nonnulla exstant exempla atque etiam apud solutae orationis scriptores, multo saepius quidem tertia persona quam secunda; sed ne hujus quidem exemplis prorsus caremus. — Quamquam autem hic usus numero exemplorum haud ita parvo comprobatur, tamen concedendum est, ea nihil aliud esse nisi exceptiones rarissime, si vulgarem usum respicis, adhibitas, atque eum fuisse usum linguae Graecae, ut, ubi vetari aliquid significaretur, aut negatus imperativus praesentis temporis usurparetur, aut aoristi temporis conjunctivus negatus.

Hanc legem a Dionysio semper diligenter accurateque observatam esse omnes scire beneque animis tenere velim. Neque enim conjunctivus praesentis temporis negatione affectus ullo loco ullo in codice exstat, neque imperativus aoristi negatus, quod quidem videam, eis quibus nunc licet adjumentis usus; immo si quid vetari vult, semper imperativo praesentis aut conjunctivo aoristi utitur, id quod his quibus plura non exstant exemplis comprobetur.

Negatus imperativus praesentis temporis exstat:

a. aut solus: VI 61 (285, 3) *μὴ γὰρ δὴ ἐκείνῃ τῇ ἐλπίδι ἐπαίρεσθε, ὡς μετριάσει περὶ τὰς ἀξιώσεις ὁ δῆμος.* — VI 62 (285, 27) *φοβείτω δὲ ὑμῶν μηδένα μήτε ὁ τῶν ἀποστατῶν ἀνασεισμὸς μήτε ὁ τῶν ἀλλοφύλων πόλεμος· μήτε καταγινώσκετε τῆς οἰκείας δυνάμεως.* — VI 82 (310, 8) *εἰ δὲ τῆς ἐλευθερίας ἔνεστιν ὑμῖν τις πόθος, μὴ ἀνέχεσθε αὐτῶν.* — VI 89 (319, 14) *δήμαρχον ἄκοντα . . μηδεὶς μηδὲν ἀναγκαζέτω*

δρᾶν μηδὲ μαστιγούτω μηδ' ἐπιταττέτω μαστιγοῦν ἑτέρῳ μηδ' ἀποκτιννύτω μηδ' ἀποκτείνειν κελευέτω. — VI 95 (326, 31) ταῖς δὲ συνθήκαις ταύταις μηδὲν ἐξέστω προσθεῖναι. — VII 17 (24, 9) Δημάρχου γνώμην ἀγορεύοντος ἐν δήμῳ μηδεὶς λεγέτω μηδὲν ἐναντίον μηδὲ μεσολαβείτω τὸν λόγον. — VII 58 (73, 7) μηδὲν ἔστω τὸ κωλῦον γράφεσθαι τὸ προβούλευμα. — VIII 8 (110, 31) πολέμου δὲ μήπω ἄρχετε. — XI 4 (97, 13) ἀλλὰ μή μ' ἀποστέρει λόγου. — XI 5 (99, 6) [καὶ εἰ] κωλύετε λέγειν (pro καὶ εἰ, quae desunt in L in lacuna, Kiesslingius suspicatur μὴ δὴ). — XI 6 (99, 26) μηδὲν οὖν ἀγανακτεῖτε. — XI 13 (108, 6) καὶ μηδὲν τῶν λόγων τε καὶ πράξεων ἐπιλανθάνου. — XI 37 (140, 23) μὴ . . οἴεσθε. — XI 56 (163, 1) μὴ ἐλάττονες ἀριθμὸν ἔστωσαν οἱ πατρίκιοι. — XIX 10 (239, 13) μὴ Ταραντίνους ἀναδέχου μηδὲ τοὺς πολεμίους τὰ δίκαια ὑφέξειν. — III 23 (252, 14) μὴ κατοκνείτω φέρειν εἰς μέσον ἃ φρονεῖ. — IX 9 (236, 15) μηδὲν ἔτι τὸ κωλῦσον ἔστω χωρεῖν ὑμᾶς ἐπὶ τοὺς πολεμίους. —

b. aut juxta positus est affirmatus imperativus praesentis:

III 15 (233, 25) ἐὰν δὲ ἀναδύωνται, μηδεμίαν αὐτοῖς πρόςφερε ἀνάγκην, cum antecedunt: δέχου τὴν χάριν. — III 21 (242, 23) ἄπιθι πρὸς ἐκεῖνον . . καὶ μήτε τὸν πατέρα μήτε τοὺς ἀδελφοὺς καταίσχυνε. — I 13 (16, 29) μὴ . . ἔστωσαν, περιμείναντες δὲ κρινέτωσαν. — VI 71 (296, 14) μὴ μέλλετε λέγειν . . μηδ' ἐντρυφᾶτε ἡμῖν, καταλυσάμενοι δὲ τὴν στάσιν ἄπιτε. — VI 82 (310, 5) μὴ τρίβετε τὸν χρόνον, ἀλλὰ τὰ ὅπλα ῥίψαντες ἀκολουθεῖτε αὐτοῖς. — VI 95 (326, 21) ταῖς πόλεσιν ἁπάσαις εἰρήνη πρὸς ἀλλήλους ἔστω . . καὶ μήτε αὐτοὶ πολεμείτωσαν πρὸς ἀλλήλους, μήτ' ἄλλοθεν πολεμίους ἐπαγέτωσαν, μήτε τοῖς ἐπιφέρουσι πόλεμον ὁδοὺς παρεχέτωσαν ἀσφαλεῖς, βοηθείτωσάν τε τοῖς πολεμουμένοις λαφύρων τε .. τὸ ἴσον λαγχανέτωσαν μέρος ἑκάτεροι. VII 56 (71, 23 – 30) μηθενὸς ἀπελαύνετε τὸν δῆμον, ἀλλ' . . . καὶ τῶν δικαστηρίων μεταδίδοτε. — VII 61 (78,22) μηθὲν ἔξω τοῦ ἐγκλήματος κατηγορεῖτε· ἀλλ' …

τοῦτο διδάσκετε καὶ περὶ τούτου τὰς πιστὰς φέρετε. — X 45 (67, 18) χώρει διὰ ταχέων καὶ μὴ παραστρατήγει. — XI 31 (134, 17) μηκέτι τὴν ὀνειδιζομένην ὑμῖν ἀρνοῦ τυραννίδα, ἀλλὰ τὸν ἐμὸν κέλευε ἀποκόψαι τράχηλον ('ἀρνοῦ omissum est in M, κέλευε addidit Sylburgius; ἀποκόψας libri, correxit Sylburgius.'). — XIV 9 (203, 26) φοβείσθω δὲ μηδεὶς ὑμῶν . . μηδ' ἀθυμότερον πρὸς τὸν ἀγῶνα ἔστω, ἀλλ' ἐνθυμείσθω (φοβείτω in Ambrosianis eclogis, correxit Struvius).

c. aut negatus imperativus praesentis cum affirmato aoristi conjungitur:

IV 66 (89, 27) βούλευσαι μετ' αὐτῶν ὅντινα τιμωρήσεις ἐμοί τε καὶ σεαυτῷ τρόπον καὶ μὴ πολὺν ποίει χρόνον τὸν διὰ μέσου. — V 54 (180, 5. 8) παύσασθε δὴ ψυχρὰς . . παραβαλλόμενοι προφάσεις καὶ εἰ διὰ ταῦτα μέλλετε διαλύειν τὸ συγγενὲς . . μηθὲν ἔτι ἀναβάλλεσθε. — VI 54 (276, 19) μὴ χαλεπαίνετε πρὸς τὰς τύχας μηδ' . . αὐθαδείας ἐμπίμπλασθε καὶ ἀμαθίας, ἀλλ' ἐπικλάσθητε καὶ εἴξατε. — VII 24 (31, 29) τάς τ' οὖν ἀγορὰς διὰ φυλακῆς ἔχετε καὶ τῆς τιμῆς τῶν ὠνίων μηθὲν ἀνίετε, ἀλλ' ὅσου πλείστου ποτὲ ἦν τὰ ὤνια, τοσούτου . . αὐτὰ πωλεῖν ψηφίσασθε. — VII 38 (48, 6—9) μὴ δὴ τοῦτο ἀφαιρεῖσθε τὸ δίκαιον ἡμῶν, μηδὲ ἀρχαῖον καλὸν ἔθος ἀφανίζετε· διδάξαντες δὲ τὸ συνέδριον . ., τὸν δῆμον ἀποδείξατε κύριον. — VIII 5 (107, 10) ἀνάσχεσθέ μου . . καὶ μὴ πρότερον ποθεῖτε ὅ τι χρὴ πράττειν ἀκοῦσαι, πρὶν κτλ. — VIII 42 (154, 9) μηδ' ὑμεῖς βιάζεσθε . . . ταῦτα ἡμᾶς αἰτεῖσθαι, ἀλλ' ἄφετε τὰς ἐλεεινὰς ὡς πεπτώκαμεν ὑπὸ τῆς τύχης κεῖσθαι ταπεινὰς μηθὲν ἔτι πλέον ἀσχημονούσας. – VIII 48 (162, 7) τῆς στρατηγίας αὐτοῖς ἀφίστασο φανερῶς, καὶ μήτε προδότης γίνου . . μήτε πολέμιος. —

d. aut juxta positus est affirmatus imperativus perfecti:

III 9 (222, 10) ἀφείσθω δὴ πᾶσα ἐγκλήματος ἰδίου τε καὶ κοινοῦ πρόφασις καὶ μηδεὸς ἔτι μνήμη τῶν παρεληλυθότων

ἔστω κακῶν. — VIII 26 (132, 24) καὶ τὴν σεαυτοῦ δύναμιν . . μὴ νόμιζε ἠλλάχθαι, ἀλλὰ μέμνησο ἀκριβῶς.

Solus conjunctivus aoristi negatus imperativi provinciam administrat hisce locis:

a. secunda numeri singularis persona:

VIII 40 (150, 25) ἣν (πατρίδα) μὴ περιίδῃς ἀφαιρεθεῖσαν ὑπὸ Οὐολούσκων τὴν ἐλευθερίαν. — VIII 48 (161, 4) μηδ' ὑπολάβῃς (μὴ δὴ in A) τὴν σεαυτοῦ μητέρα τοσαύτης ἀναπεπλῆσθαι θεοβλαβείας, ὥςτε κτλ. — XIX 14 (243, 2) ἐμοὶ δ' ἀντὶ τούτων μήτ' ἄδικον μήτ' αἰσχρὰν πρᾶξιν ὑπηρετήσῃς μηδεμίαν (ubi Struvius jam invenit ὑπηρετήσεις, quod correxit).

b. tertia numeri singularis persona:

X 51 (75, 27) θαυμάσῃ δὲ μηθείς, εἰ . . νῦν ἐξαίφνης μεταβέβλημαι (θαυμάσῃ δὲ μηθεὶς in Chisiano desunt) μηδὲ ὑπολάβητε κτλ. — II 20 (139, 16) καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ με ἀγνοεῖν (secundum Ambroschium [progr. Vratisl. 1840] exstat in editionibus veterioribus et apud Eusebium ὑπολάβοι, in A B ὑπολάβῃ).

c. secunda numeri pluralis persona:

IV 35 (51, 27) καὶ μηδὲν ἀχθεσθῆτέ μοι ταῦτα λέγοντι. — VI 64 (288, 21) ἐνθυμούμενοι δὴ ταῦτα καὶ τῶν ἔργων τῆς πόλεως μεμνημένοι, μηδὲν ταπεινὸν μηδ' ἀγεννὲς μηδ' ἀνάξιον ὑμῶν αὐτῶν ψηφίσησθε. — VII 29 (37, 7) καὶ μηθὲν ἀχθεσθῆτε ἀκούοντες. — X 51 (75, 30) μηδὲ ὑπολάβητε δυοῖν θάτερον. — XI 56 (163, 13) ὅταν καθήκῃ τὰς γνώμας ἐρωτᾶν, μήτ' ἀπ' ἐμοῦ ἄρξασθε (ἄρξησθε in Vaticano, ἄρξεσθε in Laurentiano exstat) μήτ' ἀπὸ Κοιντίου τουδί, . . ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φιλοδημοτάτου τῶν βουλευτῶν Λευκίου Οὐαλερίου καὶ μετὰ τοῦτον ἀξιοῦτε Ὁράτιον εἴ τι βούλεται λέγειν. —

Quod autem contendimus, etiam altero niti videmus argumento. Quid enim, si invenies, Dionysium, si quid uno eodemque enuntiato imperare vult et vetare, semper altero loco affirmato imperativo aut praesentis aut aoristi, altero negato aut

conjunctivo aoristi aut imperativo praesentis usum esse? Nonne dilucide hac ex constructionis mutatione perspicimus, ex industria Dionysium negatum imperativum aoristi non scripsisse? Nam nisi volebat non ponere, cur semper mutavit? — Haec, quae contendi, his confirmari licet exemplis:

1. conjunctivus aoristi negatus et imperativus praesentis affirmatus:

III 23 (251, 20) *παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν δέος ἂν ταῦτα ἐθέλῃ πράττειν μὴ συνθήκας τε λύσῃ καὶ ὅρκους παραβῇ, ἀλλ' ἐννοείσθω κτλ.* — V 28 (146, 12) *λέγε τίς εἶ καὶ πόθεν ἀφιγμένος . . καὶ τίνας ἔχεις κοινωνοὺς τῆς ἐπιβουλῆς ἢ συνίστορας; ἀπόκρυψαι δὲ μηδὲν τῶν ἀληθῶν, ἵνα μὴ βασανιζόμενος ἀναγκασθῇς λέγειν* ('*ἀποκρύψῃ* libri, correxit Stephanus', ut Kiesslingius adnotat; de quo loco infra accuratius). — VI 73 (299, 2) *καὶ πρὸς θεῶν, ἐάν τι ψεῦδος εἴπω, μὴ ἀνάσχησθε, ἀλλ' εὐθὺς ἐλέγχετε.* — VIII 26 (132, 15—20) *μὴ δὴ* (*μηδὲ* libri, correxit Reiskius) *Πεδανοῖς ἡμᾶς εἰκάσῃς μηδὲ Τολερίνοις, . . ἀλλ' ἐνθυμοῦ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως.* — VIII 40 (151, 6) *ἴθι πρὸς τὸν υἱὸν καὶ πεῖθε καὶ λιπάρει καὶ μὴ ἀνῇς δεομένη.* —

2. conjunctivus aoristi negatus et imperativus aoristi affirmatus:

VII 31 (39, 23) *μετριάσατε καὶ τοὺς λόγους ἐφ' οἷς ἄχθεσθε πολιτικῶς καὶ μὴ δυσοργήτως ἐνέγκετε* (*ἐνέγκητε* A B, de quo infra accuratius). — VIII 75 (199, 22) *τί οὖν πράττειν παραινῶ, μάθετε, ἀλλὰ μὴ προεξαναστῆτε μηδὲ θορυβήσητε πρὶν ἅπαντα ἀκούσητε ἃ λέγω.* — II 68 (196, 25) *ἐπιφάνηθί μοι καὶ βοήθησον καὶ μὴ περιίδῃς τὴν σεαυτῆς ἱέρειαν τὸν οἴκτιστον μόρον ἀποθανοῦσαν* (ita in A, in reliquis *ἀποθανεῖν*). —

3. conjunctivus aoristi negatus et imperativus perfecti affirmatus:

X 28 (44, 25) *καὶ μή με δεδίττεσθαι ὑπολάβητε, ἀλλ' εὖ ἴστε ὅτι κτλ.*

4. conjunctivus aoristi negatus et negatus imperativus praesentis:

VI 84 (313, 2) *δεξιὰς δὲ καὶ σπονδὰς . . μήτε σὺ διάβαλλε, μήτ' ἀναίρει τὸ κάλλιστον ἐπιτήδευμα τῶν ἀνϑρωπίνων, μηδ'* (*μήϑ'* Reiskius) *ὑμεῖς ἀνάσχησϑε αὐτοῦ λέγοντος ἀνοσίων . . ἀνϑρώπων πονηρεύματα.*

Jam vero, ut dixi, in ordine verborum, quem tradit Kiesslingius, duo nobis occurrunt loci, qui eis quae supra dixi, prorsus repugnare videntur; legimus enim:

V 28 (146, 12) (*λέγε τίς εἶ καὶ πόϑεν ἀφιγμένος . .*) . . *ἀπόκρυψαι δὲ μηδὲν τῶν ἀληϑῶν, ἵνα μὴ βασανιζόμενος ἀναγκασϑῇς λέγειν.* —

XI 56 (163, 13) *ῥηϑέντων δὲ τῶν λόγων, ὅταν καϑήκῃ τὰς γνώμας ἐρωτᾶν, μήτ' ἀπ' ἐμοῦ ἄρξασϑε μήτ' ἀπὸ Κοιντίου τουδὶ μήτ' ἀπ' ἄλλου τῶν πρεσβυτέρων μηδενὸς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φιλοδημοτάτου τῶν βουλευτῶν Λευκίου Οὐαλερίου.*

Igitur habemus in libris manuscriptis imperativum aoristi negatum? Minime: neuter enim locus in codicibus ita traditur, ut apud Kiesslingium legitur, sed altero imperativus *ἀπόκρυψαι* a Stephano contra codicum auctoritatem, in quibus omnibus conjunctivus *ἀποκρύψῃ* exstat, restitutus atque a Sylburgio, Reiskio, Kiesslingio receptus est, altero in Vaticano libro conjunctivus *ἄρξησϑε*, in Laurentiano *ἄρξεσϑε* traditur.

Quod quidem attinet ad priorem locum, dicat fortasse quispiam, non verbum, sed tantummodo objectum quod dicunt negatione adfectum esse; hoc autem omnibus ex partibus nego: nam Dionysius non vult dicere: ne quidquam veri celes, sed quaevis alia cela; immo omnino vetare vult 'celare'; noli celare quidquam, sed dic omnia. Idem igitur dicere vult, atque quod aliter expressit VIII 72 (194, 28) *ταυτὶ γὰρ ἀπόκριναί μοι μηϑὲν ἀποκρυψάμενος.* — Qua autem ratione Dionysius talem sententiam exprimere solet, his docemur locis, qui simili modo conformati sunt: VI 64 (288, 21) *ἐνϑυμούμενοι δὴ ταῦτα καὶ*

τῶν ἔργων τῆς πόλεως μεμνημένοι, μηδὲν ταπεινὸν μηδ' ἀγεννὲς μηδ' ἀνάξιον ὑμῶν αὐτῶν ψηφίσησθε, — XIX 14 (243, 2) ἐμοὶ δὲ ἀντὶ τούτων μήτ' ἄδικον μήτ' αἰσχρὰν πρᾶξιν ὑπηρετήσῃς μηδεμίαν -(ὑπηρετήσας in Monacense), quibus negatio ipsa quoque ad objectum quod dicunt adposita est, quibus autem suo jure Dionysius conjunctivum aoristi posuit, non imperativum. Ac ceteris locis, quibus negationem objecto adjunxit, omnibus imperativum praesentis adhibuit: VII 61 (78, 22). — VII 56 (71, 23-30). — VI 95 (326, 31). — III 15 (233, 25). — 9 (222, 10). — XI 13 (108, 6); quos omnes locos supra jam attuli.

Haeret fortasse aliquis in collocatione verborum. At hac in re non offendendum est; nam alibi quoque negatio conjunctivum ipsum sequitur, ut III 23 (251, 21) παραστῇ δὲ μηδενὶ ὑμῶν δέος. — X 51 (75, 27) θαυμάσῃ δὲ μηθείς, quae verba simul cum antecedentibus et sequentibus in Chisiano omittuntur.

Jam ex altero loco quod quis sibi fingat, suo loco positum esse imperativum aoristi, ne perturbaretur concinna oratio, cum antecedant affirmati imperativi aoristi ἀκούσατε, ἀπόδοτε, nihil est, cur hac re offendatur. Supra enim vidimus, Dionysium saepius ita sermonem variasse, ut vitaret negatum imperativum aoristi.

Liceat mihi hic, quamquam non omnibus ex partibus disputationem nostram spectat, varias quae restant imperandi vel vetandi rationes, quas Dionysius inter se conjunxit, illustrare:

Affirmatus imperativus praesentis et affirmatus imperativus aoristi hisce exstant locis juxta positi:

III 30 (263, 26) παύσασθε θανατῶντες καὶ ποιεῖτε τὰ κελευόμενα. — VII 16 (22, 21) νῦν μὲν οὖν ἄπιτε καὶ παύσασθε φιλονεικοῦντες. — VII 31 (38, 28) οὕτω σκοπεῖτε καὶ ὑπολάβετε κτλ. — VII 40 (49, 16) τούτοις οὖν προςέχετε τὸν νοῦν . . καὶ . . συγχωρήσατε ἡμῖν αὐτῶν τυχεῖν ἑκόντες. — VII 72 (97, 13) ἢ δειξάτω τις ἡμῖν ἔξω τοῦ Ἑλληνικοῦ φῦλον ἕτερον, ᾧ πάτριά ἐστι ταῦτα τὰ ἱερά . . καὶ τότε διαβαλλέτω

ταύτην τὴν ἀπόδειξιν ὡς οὐχ ὑγιῆ. — VIII 2 (104, 7) ἴθι καὶ σὺ καὶ Οὐολούσκων ὅσους δύνασαι πλείστους παρασκεύασον ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θέαν. — VIII 27 (133, 31) τοῦτο δὴ καὶ σὺ ποίησον καὶ σκόπει πρὸ τῶν ἔργων, ἐὰν σφαλῇς κατὰ τὸν πόλεμον . ., τί συμβήσεταί σοι παθεῖν. — VIII 28 (135, 30) ἄπιθι χαίρων ἐπὶ τὰ οἰκεῖα καὶ κόμισαι (καὶ κόμισαι additum est in Urbinate) μητρός τε περιβολὰς προσηνεστάτας καὶ γυναικὸς φιλοφροσύνας. — IX 9 (237, 5—8) καὶ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν ἕκαστος χωρίῳ ταχθῇ, τοῦτο ὑπολαβέτω καὶ οἶκον εἶναι καὶ κλῆρον καὶ πατρίδα· καὶ ὅ τε σώζων τὸν παραστάτην ἑαυτῷ πράττειν τὴν σωτηρίαν ὑπολαβέτω καὶ ὁ ἐγκαταλιπὼν τὸν πέλας ἑαυτὸν ἡγείσθω τοῖς πολεμίοις προδιδόναι. — XI 13 (107, 21) ἀπόδος τὴν ἀριστοκρατίαν τῇ πατρίδι καὶ τιμὰς λάμβανε παρὰ τῶν ἴσων καὶ ζήλου τύγχανε παρὰ τῶν ἐπιγινομένων καὶ κλέος ἀθάνατον ἀντὶ τοῦ θνητοῦ σώματος κατάλιπε τοῖς ἐγγόνοις. — XI 15 (110, 7) ὅ τι σοι φαίνεται λέγε καὶ παῦσαι τὰ ἔξω τοῦ πράγματος φλυαρῶν. — XI 18 (114, 7 sqq.) νῦν μὲν τὸν πρὸς Αἰκανοὺς καὶ Σαβίνους πόλεμον ἐπικυρώσατε καὶ τὰς δυνάμεις . . . καταγράφετε . . . ὅταν δὲ τὰ τοῦ πολέμου τέλος ἡμῖν τὸ κράτιστον λάβῃ, . . τότε καὶ περὶ τοῦ κόσμου τῆς πολιτείας σκοπεῖτε καὶ λόγον ἀπαιτεῖτε τοὺς δέκα . . καὶ νέας ἀρχὰς ψηφοφορεῖτε καὶ δικαστήρια καθίζετε καὶ τιμωρεῖσθε καὶ τιμᾶτε (καὶ τιμωρεῖσθε addidit Kiesslingius, probavit Kayserus Annal. Fleckeis. 1870 p. 716; Reiskius voluit καὶ τιμᾶτε καὶ κολάζετε) τοὺς ἑκατέρου τούτων ἀξίους. — IV 4 (7, 4—10) κάλει τοὺς βουλεύσαντας ἀποκτεῖναι Ταρκύνιον ἐπὶ τὸν δῆμον . . καὶ πρόθες αὐτοῖς δίκας· τιμωρησάμενος δὲ τούτους ἅπαντας . . . καθίστασο ἤδη τὰ περὶ τὴν ἀρχήν. — VIII 26 (131, 28) ἐξ ὧν δὲ ταῦτα παρίσταταί μοι περὶ σοῦ φρονεῖν, ἄκουσον . . σκόπει δὲ πρῶτον ὑπὲρ τοῦ ἀδυνάτου. — VII 17 (23, 30) ἢ κομίζεσθε οὖν, ἔφη, τὴν ἐξουσίαν ἣν δεδώκατε ἡμῖν . . , ἢ νόμῳ γραφέντι κωλύσατε τοὺς ἐμποδὼν ἡμῖν τὸ λοιπὸν ἐσομένους. — VIII 51 (165, 31) ἢ . . τὴν ἐναντιουμένην σοι μητέρα

ταῖς ἐρινύσι προθυσάμενος αὐτοχειρίᾳ, τότε τοῦ κατὰ τῆς πατρίδος ἅπτου πολέμου· ἢ εἶξον τῇ σεαυτοῦ μητρὶ καὶ δὸς, ὦ τέκνον, τὴν χάριν ἑκών. —

Affirmatus imperativus praesentis et affirmatus imperativus perfecti juxta positi hisce locis:

VIII 50 (164, 3) ἔστω δ' οὖν ὅμως καὶ δεδόσθω τοῖς τὰ δεινὰ παθοῦσι μὴ διακρίνειν κτλ. — XI 4 (97, 7) νῦν δὲ σιώπα καὶ κάθησο.

Sex locis conjunctivo qui dicitur adhortativo imperativus adjungitur, quos locos jam supra attuli; itaque satis habeo hic numeros significare: IV 4 (6, 20). – IV 71 (94, 27—95, 1.). — VI 79 (306, 2). — 79 (306, 7). — VII 31 (39, 23). — III 23 (252, 8. 14.).

Et uno loco imperativum aoristi sequitur ὅπως cum indicativo futuri conjunctum, qui est unus et solus locus, quo haec constructio particulae ὅπως vice imperativi fungens apud Dionysium invenitur: VI 75 (301, 9) ἀκούσατε καὶ ὅπως, ἐάν τι παρατρέψω τὸν λόγον ἔξω τοῦ ἀληθοῦς, ὥσπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον, ἐναντιώσεσθέ μοι — (ubi in Urbinate ἐναντιώσασθε falso legitur).

Vides igitur — ut, unde profecta est disputatio, eo redeat — Dionysium diversas constructionis rationes juxta posuisse, neque in talibus structurae mutationibus, nisi fallit opinio, amplius offenderis. Quae cum ita sint, equidem plane non dubito, quin, si suum Dionysio reddere volumus, duobus illis locis codicis scriptura restituatur necesse sit, idque ita, ut altero loco non futurum ἄρξεσθε, sed conjunctivus ἄρξησθε cum Vaticano scribatur, itaque sit: [XI 56 (163, 13)] μήτ' ἀπ' ἐμοῦ ἄρξησθε μήτ' ἀπὸ Κοιντίου τουδί κτλ.; altero ἀποκρύψῃ: [V 28 (146, 12) ἀποκρύψῃ δὲ μηδὲν τῶν ἀληθῶν κτλ. Audaciorem quidem me appellabis, quam verecundiorem, quod equidem, qui sim minimo ingenio, contra sententiam et judicium doctissimorum virorum optimeque de litteris meritorum, qui hunc postremum locum

tractantes omnes aliter judicarunt, codices sequendos esse existimo. Attamen facere non possum quin, nisi causis prorsus luculentis ac necessariis quae revinci non possint me doceas, mea in sententia permaneam.

Restat locus, de quo ut verba faciamus Jacobyi disputatione diligenter conscripta, quam in actis societatis philologae Lipsiensis (I 2 p. 289 sqq.) in medium protulit, cogimur. Est enim hic: VII 31 (39, 23) εἴ γε τἀναντία βούλεσθε ὧν διαβέβλησθε ποιεῖν, ἐμοὶ συμβούλῳ χρησάμενοι μετριάσατε καὶ τοὺς λόγους ἐφ᾽ οἷς ἄχθεσθε πολιτικῶς καὶ μὴ δυσοργήτως ἐνέγκετε, ubi pro ἐνέγκετε in Urbinate et Chisiano conjunctivus ἐνέγκητε legitur. Habemus igitur in optimis codicibus affirmatum aoristi conjunctivum imperativi loco positum, qui cum, si omnes perlegeris scriptores Graecos, rarissime vel potius vix umquam tibi occurret, tum hoc quem dixi loco nullo modo ferri potest; qua re rectissime apud Sylburgium, Reiskium, Kiesslingium pro ἐνέγκητε librorum optimorum imperativum ἐνέγκετε legimus. Quid vero dicas, si nihilo secius apud Jacobyum (l. l. p. 297) haec scripta inveneris: 'satis mirari non possum, quod Kiesslingius Chisiani et Urbinatis veram scripturam, quae ἐνέγκητε conjunctivum praebet. mutavit in ἐνέγκετε imperativum, qui dupliciter falsus est. Nam primum imperativi secunda persona pluralis numeri (aoristi verbi φέρειν, de quo illo loco agit) apud Dionysium est ἐνέγκατε; tum quo jure Kiesslingius contra usum Graecorum ἐνέγκητε conjunctivum, cum verba ad μὴ particulam pertineant, in ἐνέγκετε imperativum mutaverit, equidem perspicere nequeo'. Atque ipse fateor, me satis mirari non posse, quod Jacobyus Kiesslingii argumentum non perspexit. Etenim si accuratius totum enuntiatum inquisivisset, certe intellexisset, non verbum ἐνεγκεῖν, sed potius adverbium δυσοργήτως negatum esse; hanc igitur esse sententiam: πολιτικῶς ἐνέγκετε, et quasi in parenthesi, quam vocant, adjunctum ad accuratius significandum illud πολιτικῶς:

καὶ μὴ δυσοργήτως, qui usus Graecorum unam eandemque rem affirmative et negative, ut ita dicam, exprimendi non est cur Jacobyum doceatur. Conjunctivi igitur locus nullus esse potest. Alterum autem, quod observavit Jacobyus, verum est, imperativi secundam personam pluralis numeri semper esse ἐνέγκατε, cum 'praeter infinitivum' omnino 'constanter aoristi primi formis usus sit' Dionysius. Scribendum igitur ἐνέγκατε contra falsam Urbinatis et Chisiani scripturam ἐνέγκητε, quae facillimo librarii errore — eodem per quem lapsus est Jacobyus — in ordinem verborum inrepere potuit.

Adde alterum locum, quo iterum conjunctivus aoristi in sententia affirmata uno in libro manuscripto exstat, nimirum secundam dico personam: XIX 9 (238, 12) ὀρθῶς δὲ ποιήσετε, ubi in eclogis Ambrosianis ποιήσητε legitur. Nihil dubitabimus, cum Kiesslingio alios sequi codices indicativumque futuri in ordine verborum retinere.

Jam hac de usu negativi imperativi et conjunctivi quaestione absoluta, pauca quae ad reliquam imperativi usus partem pertinent addam; etenim id ago, quod bene teneri velim, ut Dionysii usum dicendi illustrem finesque quibus circumscriptus sit constituam; quem ad finem exemplis accurate collectis opus esse unusquisque concedet. Nam nisi ita facias perspici non potest, quid aetate Dionysii floruerit, quid aboleverit. Sed id antea monendum mihi est, earum quae tantummodo apud poetas inveniuntur rationum imperativo utendi quaeque a Dionysio quoque spretae sunt, mentionem me non facturum.

Quodsi longum ac supervacaneum esse puto, simplicis imperativi usus, qualem in simplicibus enuntiatis affirmatis invenimus exempla congerere (sunt enim fere trecenta, quibus imperativus solus affirmatus scriptus exstat, exempla), tamen singularem quandam rationem hujus usus non possum non commemorare. Notissimum enim est, Graecos omnibus temporibus omnibusque in generibus dicendi quam maxime amasse quos-

dam imperativos quorundam verborum aliis cum imperativis conjungere, qua re factum est, ut hi imperativi verbi natura paene tota amissa fere idem valuerint, quod particulae adhortativae, quas dicunt; hac autem ratione effectum est, ut etiam aliis dicendi formulis eos inveniamus praemissos, imperativos dico, veluti ἄγε, φέρε, ἴθι, εἰπέ, ἰδέ. Quodsi hunc spectans usum Dionysii libros pervestigas, invenies, servasse quidem eum hanc consuetudinem, nec vero ita servasse, ut numerorum ratio eadem sit; sed cognosces prae ceteris imperativum φέρε, multo rarius ἴθι, duobus tantum locis ἄγε ita usurpatum exstare, aliorum autem quos memoravi imperativorum nullum reperiri exemplum. Quod vero attinet ad singulos imperativos, hoc loco statim animadverti velim, ἄγε etiam propria significatione, uno quidem loco, a Dionysio usurpatum esse: VI 10 (223, 8) milites, quorum studium pugnandi Postumius oratione inflammavit, exclamant: θάρσει τε καὶ ἄγε. — Contra imperativum φέρε nusquam propria sua vi praeditum esse intelleges, ἴθι autem saepius ita exstat, veluti: VII 68 (88, 5) ἴθι, Λατῖνε, καὶ λέγε τοῖς πολίταις κτλ. — VIII 2 (104, 7) τοῦτον ἀναμείνας τὸν χρόνον, ἴθι καὶ σὺ καὶ Οὐολούσκων ὅσους δύνασαι πλείστους παρασκεύασον ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θέαν. — VIII 40 (151, 5) ἴθι, ὦ γενναία, ἴθι πρὸς τὸν υἱὸν κτλ. — VII 45 (55, 9) ἴθι ἐκεῖ.. καὶ ταῦτα πρὸς ἅπαντας τοὺς πολίτας ἀθρόους ἀπολογοῦ. — XII 2 (176, 19) εἰ δὲ μηδὲν ἀδικεῖν πέποιθας, ἴθι καὶ λέγε τὰ δίκαια περὶ σαυτοῦ πρὸς ἄνδρα φιλόπολιν. — XIX 10 (239, 20) ἴθι πρὸς τὴν βουλὴν καὶ δίδασκε κτλ. — XIX 14 (243, 21) γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης ἴθι μετ' ἐμοῦ.

Quodsi imperativi, de quibus agimus, particularum vice fungentes nobis occurrunt, nonnullis locis alteri imperativo antecedunt, cujus vim augent et exaggerant, ipsi quidem nihil aliud sibi volunt, nisi adhortari, vertendi igitur vernaculo wohlan! Plerumque particulam δή aut γάρ additam habes; ac primum quidem

I singularis numeri secunda persona cujusvis imperativi hisce sequitur locis.

I 82 (106, 8) ἄγε δή, ἐπειδὴ.. ἔχεις, φράσον. — VI 59 (282, 12) ἴθι γάρ, εἰπὲ ὦ Οὐαλέριε. — VIII 31 (139, 6) ἴθι δή μοι, Μηνύκιε, ἀπόκριναι. — VIII 33 (141, 32) ἴθι δή, σκόπει καὶ τὰ παρὰ θεῶν.

II tertia sequitur persona numeri singularis uno loco:

X 38 (58, 20) ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, εἴ τι τούτων ἐγὼ ψεύδομαι, δειξάτω τις ὑμῖν.

III Complures nobis occurrunt loci, quibus pluralis numeri secunda imperativi persona imperativos quos tractamus sequitur, qui quidem ipsi in singulari numero positi sunt, qui usus omnibus floruit temporibus; nam et apud Homerum et apud Atticos scriptores saepius talia exempla inveniuntur; apud Dionysium hos habeas locos:

VII 51 (62, 9) ἄγε δὴ νῦν κἀκεῖνα ἐνθυμήθητε πάλιν. — VIII 29 (136, 32) ἐπεὶ φέρε πρὸς θεῶν, εἴπατέ μοι. — IX 31 (272, 12) ἀλλ' ἵνα ταῦτ' ἀφῶ, φέρε πρὸς θεῶν, εἴπατε μοι. — X 12 (17, 31) φέρε δή, τίς ἡ . . ὑπόθεσις . . ἐστι, . . ἀκούσατέ μου. — 13 (19, 6) φέρε γάρ, εἴπατέ μοι. — Plura exempla similiter conformata statim afferenda sunt.

Venimus ad alterum usum imperativi φέρε (nam duo reliqui imperativi hic non respiciendi, cum non nisi sequente imperativo a Dionysio usurpata sint). Compluribus locis imperativo φέρε enuntiata interrogativa introducuntur. Hoc autem in usu discernendum est inter eos locos, quibus φέρε totum ad enuntiatum quod sequitur pertinet, et eos, quibus imperativo φέρε ea, quae in antecedentibus contenta vel interrogative, ut ita dicam commemorata sunt, quasi conceduntur et tum particula ἀλλά oratio ad novum vel potius majus aliquid progreditur. Haec invenies his locis:

VI 8 (220, 30) ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ πόσους κατωρθώκατε πολέμους . . .; φέρε, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις φοβεροὶ διατελεῖτε

ὄντες ὧν ἐκρατεῖτε μαχόμενοι, Λατίνοις δ' ἄρα τούτοις . . εὐκαταφρόνητοι; — IV 29 (43, 23) *ἡ δὲ ἀσθενὴς ἔτι . . νεότης μεθέλκει σε, δι' ἣν οὐκ ἀξιοῖς τὰ πολιτικὰ πράττειν . . ; . . φέρε, ἀλλ' ἡ τοῦ κατέχοντος τὰ πράγματα εὐγένεια . . ἀνέχεσθαί σε ἀναγκάζει;* (ubi *φέρε* in B additum est). — IV 36 (52, 23) *ὕβρεις δέ μοι τινὰς συνοίδασιν εἰς γυναῖκας γαμετὰς ἢ προπηλακισμοὺς εἰς θυγατέρας παρθένους ἢ ἄλλην τινὰ περὶ σῶμα ἐλεύθερον ἀκολασίαν;* — . . . *φέρε* [*εἰπεῖν*] (*εἰπεῖν* omittitur in Urbinate, mea sententia rectissime), *ἀλλ' ὑπερήφανός εἰμι καὶ διὰ βαρύτητα ἐπαχθὴς καὶ τὴν αὐθάδειαν . . οὐδεὶς φέρειν δύναταί μου;* — IV 80 (104, 27) *πῶς οὖν παρῆλθεν ἐπὶ τὴν δυναστείαν; ὅπλοις καὶ βίᾳ καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων συνωμοσίαις . . . φέρε, ἀλλ' ἐπειδὴ κατέσχε τὴν δυναστείαν ὁπωσδήποτε λαβών, ἆρα βασιλικῶς αὐτῇ κέχρηται . . ;*

Quod attinet ad prius quod memoravi genus, iterum discernendum videtur inter eos locos, quibus *φέρε* non nisi orationis alacritati inserviens idem est ac 'wohlan!'

I 54 (66, 26) *ἐπεὶ φέρε, τίνας ἂν αἰτίας ἔχοι τις ὑποθέσθαι . . ;* — III 28 (259, 7) *φέρε δὴ τί μετὰ ταῦτα ἐποιήσαμεν;* — IV 80 (104, 16) *φέρε δή, τί τούτων οἶδέ τις ὑμῶν γενόμενον;* — VI 86 (314, 32) *φέρε τί οὐ μεταποιούμεθα τῆς ἐλευθερίας;* — VII 42 (51, 5) *φέρε γάρ, εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο, τί μέγιστον οἴεσθε εἶναι τῶν καταλαμβανόντων . . κακῶν τὰς πόλεις, ἆρ' οὐχὶ τὴν διχοστασίαν εἴποιτ' ἄν;* — VIII 7 (109, 18) *φέρε δὴ τίς ἂν εἴην ἀνήρ;* — VIII 8 (111, 7) *φέρε δή, τί ποιήσειν οἴεσθε Ῥωμαίους ταῦτα ὑμῶν προελομένων;* — VIII 32 (141, 20) *φέρε δή, τίνα λαβὼν καρδίαν προδοίην ἂν ἔτι τούτους;* — XVI 2 (222, 23) *φέρε δή, κἂν τοῦτο πεισθέντες . . εἴξωσί γε . . . , ἆρ' ἔτι σοι δοκοῦσι καὶ τὰ χρήματα αὐτοὺς ἐάσειν ἔχειν;* —

et eos locos, quibus *φέρε* ipsum quoque significat, scriptorem ad novum pergere, ut

VIII 28 (134, 18) *φέρε· ἐὰν δὲ δὴ κατορθώσῃς, τί τὸ θαυμαστὸν ἔσται σοι;* — VIII 31 (139, 18) *φέρε, καὶ δὴ*

πέπεισμαι . . , τίς ἡ μετὰ ταῦτα ἔσται μου διάνοια καὶ τίνα βίον ζήσομαι; — (φέρε δὴ καὶ exstat in C). — XIX 16 (246, 31) φέρε, ἐὰν δὴ μανεὶς δέξωμαι χρυσὸν . . , τί πρὸς αὐτοὺς ἔξω λέγειν δίκαιον ἢ ποιεῖν; — Etiam VIII 25 (130, 3) huc pertineret, qui locus apud Kiesslingium ita traditur: ἀλλά, φέρε, εἰ δὲ δὴ πάντας μὲν ἀνθρώπους καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντάς σε γυναιξὶν ἐμοῦ καὶ τέκνοις δίκας σοι δοῦναι προςῆκε . . , οὐχ ἱκανὰς ἤδη παρὰ πάντων εἰςπέπραξαι δίκας κτλ ; — In codicibus quidem legitur pro ἀλλά, φέρε, εἰ δὲ δή: ἀφαιρέσει δὲ δή, quod Sylburgius et Reiskius in ordine verborum retinuerunt, attamen ille in ἀμέλει δὲ δή ('nempe, nimirum') mutari, hic totum locum aliter constitui vult, scil: εἰρήσθω, ἃ χαίρεις ἀφανίζων (ita finitur antecedens caput). εἰ δὲ δὴ ἔδει πάντας μὲν ἀνθρώπους κτλ. Suo jure Sintenisius his in mutationibus non acquievit. Is enim probante Kiesslingio ἀλλά, φέρε, εἰ δὲ δὴ scribit; at dubito, num recte: etsi omittam offensionem, quam duplex illa particula adversativa ἀλλὰ . . δὲ praebet, tamen vidimus, Dionysium, si novi quid, quod eis, quae in antecedentibus exposuit, quodammodo majus est, profert, non ἀλλά, φέρε, sed φέρε, ἀλλὰ dixisse vel φέρε, sequente solo δέ, ut VIII 28 (134, 18), neque vero ullo loco exstare ἀλλά, φέρε. Omnes loci, quos conferri jubet Sintenisius, et qui inter eos sunt, quos supra attuli, aliter conformati sunt. Itaque dubito de Sintenisii conjectura ac nescio an verius res se habeat, si scribamus ἐπεὶ φέρε, quod ne ipsum quidem longe a scriptura codicum ἀφαιρέσει abest. (Nam ἀφαιρέσει falsum esse non eget demonstratione.) Dicit igitur: haec omnia habeo, quae justa ac vera sint prolata. Tum pergit ad majus illud et validius, satis jam sumpsisse poenas ipsum Marcium' quam quidem sententiam bene verbis ἐπεὶ φέρε introduci, consentiet, qui respexerit locum X 38 (58, 20) [ὁπότε δ' οὐθὲν ἔχοντες ἐπιδείξασθαι μέγα καὶ νεανικὸν ἔργον, ἀνθ' οὗ τὰ ἡμέτερα βίᾳ κατέσχον, ἀναισχυντοῦσι καὶ οὐδ' ἐξελεγχόμενοι μεθίενται

αὐτῶν, τίς ἂν ἀνάσχοιτο;] ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, εἴ τι τούτων ἐγὼ ψεύδομαι, δειξάτω τις ὑμῖν τῶν σεμνῶν τούτων παρελθών, τίνας ἐπιφανεῖς καὶ καλὰς πράξεις προεχόμενος ἐμοῦ πλέον ἔχειν ἀξιοῖ.

Uno solo loco imperativum φέρε simplex enuntiatum affirmatum a particula ἀλλὰ incipiens subsequitur: VIII 49 (162, 14) φέρε, ἀλλὰ δόξαν αἰσχρὰν οἴσεσθαι δέδοικας, ἐὰν ἃ παρακαλῶ σε πράττῃς, quod exemplum vix recte quasi singulare quid afferendum erat; immo in numero enuntiatorum interrogativorum, quas particula ἀλλὰ introduci vidimus, referendum; nam illae interrogationes omnes sunt rhetoricae, quas dicunt; itaque quod ad sententiam, idem valent atque enuntiata simplicia. Attamen fortasse etiam hoc loco enuntiatum signo interrogationis finiendum est.

Tertius horum imperativorum usus quem meliores pedestris orationis scriptores saepius secuti sunt, supra jam tractatus est, eum dico, quo φέρε, ἄγε etc. cum prima conjunctivi adhortativi quem dicunt persona conjuncta sunt; quod uno loco Dionysii antiquitatum reperitur, ut supra vidimus.

Restat imperativus, quem adhibent, si quid, quod nondum omnibus ex partibus certum vel concessum est, quasi sit certum, agnoscunt. Hic quoque imperativus apud Dionysium nobis occurrit, si non secunda persona, quae omnino multo rarior est (nisi forte quae supra laudavi exempla huc referri possunt, quibus is qui loquitur imperativo φέρε quasi concedit atque agnoscit antecedentia), attamen tertia, velut: I 48 (58, 28) ἐχέτω δ' ὅπῃ τις αὐτὸν πείθει. — IV 6 (9, 21) ἔστω δὴ κατὰ τοῦτον ἐληλυθὼς τὸν ἐνιαυτὸν καθ' ὃν γράφει Λικίννιος, καὶ μὴ πρότερον. — VI 78 (304, 29) ἔστω ταῦτ' ἀληθῆ· γιγνέσθω τὰ ἀκόλουθα τούτοις. — VI 83 (312, 1) ὡς ἂν ὑμῖν φανῇ, οὕτως ἐχέτω. — VIII 53 (168, 4) ὅτι δὲ ἐὰν καὶ τἆλλα πάντα εὐδαιμονῇς, ἔστω γάρ, ἡ δι' ἐμὲ παρακολουθήσασά σοι . . ὀδύνη πάντων ἀγαθῶν σοι ἀνόνητον ποιήσει τὸν βίον, εὖ οἶδα. — VIII 50 (164, 3) ἔστω δ' οὖν ὅμως καὶ δεδόσθω. —

Hic fere est usus imperativi in enuntiatis primariis. Vides, omnia fere quae optimorum scriptorum aetate ex more consuetudineque loquendi usurpata esse scimus, etiam Dionysii aetate, etsi paulo diversa ratione, alia rarius, alia saepius, exstitisse ac floruisse.

Hac igitur quaestione ad finem peracta, restat, ut de imperativo, quo in enuntiatis secundariis Dionysius usus est, paucis disseram. Quo in perscrutando complura, quae alio tempore usitata erant, apud Dionysium frustra investigaveris. Nam praeter eos, quos supra laudavi locos, quibus imperativus φέρε cum particula ἐπεί conjunctus exstat (VIII 29 [136, 32] et X 38 [58, 20]) duo tantummodo inveniuntur imperativi in enuntiatis secundariis:

VIII 26 (132, 7) πολλὴ δὲ ἡ Λατίνων καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων.. ἰσχύς, ἣν ὀλίγου πᾶσαν ἐπίκουρον ἥξειν προςδέχου. — VIII 26 (132, 29) μέμνησο ἀκριβῶς ὅτι Οὐολούσκων.. στρατιὰν ἐπάγῃ. οὓς ἡμεῖς.. ἐν πολλαῖς ἐνικῶμεν μάχαις· ὥςτε σὺν τοῖς χείροσιν ἀγωνίζεσθαι μέλλων ἴσθι πρὸς τοὺς κρείττονας. — Certum est Graecos imperativum ita usurpare non potuisse, nisi secundarias sententias cogitatione quodammodo in primarias dissolvissent. Cui rei consentaneum videtur esse, ipsa illa ἐπεί, ὥςτε et nonnumquam etiam pronomen relativum ὅς demonstrative, ut ita dicam, a Dionysio usurpata esse. Contra alias conjunctiones, quas dicunt, ut ὡς, εἰ, ὅτι cum imperativo conjunctas nusquam a Dionysio adhibitas esse invenies.

Ut disputatio nostra omnibus numeris partibusque expleta sit, postremo loco addam, uno loco in uno codice Urbinate etiam infinitivum exstare imperativi loco; neque vero ab editoribus receptus est idque rectissime; dico VII 41 (50, 32) ἱκανὰ ταῦτα εἰρήσθω περὶ τοῦ δικαίου, πολλῶν ἐνόντων καὶ ἄλλων λέγεσθαι, ubi in Urbinate non εἰρήσθω, sed εἰρῆσθαι legitur.

Vita.

Carolus Baumann natus sum Timinae in oppido Pomeranico Non. April. anni h. s. LI patre Alberto matre Wilhelmina e gente Heldberg. Ac pater quidem carissimus, qui camerarii, ut hoc verbo utar, munere in patria mea fungitur, adhuc est superstes, id quod summo mihi est gaudio; matrem autem immatura morte puerulo mihi ereptam esse, toto pectore doleo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus progymnasium patriae adii, quod auspiciis Schmeckebierii florebat. Has cum absolvissem disciplinas, Stralesundiam me contuli, primam ut frequentarem classem gymnasii, cui tum Bormannus praeerat. Aestate anni h. s. LXX cum bellum Franco-Gallorum exardesceret, maturitatis testimonium adeptus, per anni spatium, cujus septem menses in Gallia versabar, stipendia merui. In patriam reversus auctumno anni h. s. LXXI, ut studiis philologicis operam darem, Lipsiam me contuli atque per annum et sex menses scholis interfui Ahrensii, G. Curtii, Fritzschii, Hermanni, Kahnisii, Langii, Lipsii, Ritschelii, Struempellii, Voigtii, Zarnckii; exercitationibus proseminarii philologi, quod Curtio et Langio moderantibus florebat, per anni spatium interfui. Tum Berolinum petii, ubi per semestre aestivum docentes audivi E. Curtium, Harmsium, Hauptium, Heydemannium, Muellenhoffium, Steinthalium. Auctumno anni h. s LXXIII Gryphiswaldiam me contuli; qua in alma litterarum sede scholis interfui Hannii, Kiesslingii, Schoellii, Schuppii, Susemihlii, Vogtii. Seminarii philologi, quod auspiciis Hilleri, Kiesslingii, Schoellii florebat, sodalis per unum semestre fui extraordinarius, per duo, quae subsecuta sunt, ordinarius; atque exercitationes historicas geographicasque ab Hirschio, Aristotelicas a Susemihlio institutas, philosophicas, quas Schuppius moderabatur, philologas et didacticas, quae privatissime a Kiesslingio, Schoellio, Schuppio, Wilmansio habebantur, frequentare mihi licuit.

Quibus omnibus quos nominavi viris doctissimis optimeque de me meritis summas quas par est hoc loco ago gratias semperque quid debeam grato animo servabo. —

Sententiae controversae.

I. Elementa philosophiae (*φιλόσοφος προπαιδεία*) in scholis accuratius diligentiusque, quam in universum fit, tractanda sunt.

II. Discipulis in elementis latinarum litterarum versantibus vera vocalium pronuntiatio tradenda est, ut longae longe, breviter breves pronuntientur.

III. Dion. Hal. antiq. Rom. VII 43 (52, 28) legendum esse censeo: *οὐδὲν γὰρ ὅ τι μὴ* (in libris *οὐ*) *πρὸς εἰδότας ὑμᾶς ἅπαντας ἐρῶ.*

IV. Aesch. Sept. 13 cum Ritschelio legendum
ὑμᾶς δὲ χρὴ νῦν, ...
ὥραν ἔχονθ' ἕκαστον, ὡς τὸ συμπρεπές,
πόλει τ' ἀρήγειν. (cod. *ὥστις,* altero *σ* eraso).

V. Aesch. Sept. 25 cum Ritschelio legendum
νῦν δ' ὡς ὁ μάντις φησίν, οἰωνῶν βοτήρ,
ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσίν, φέγγους δίχα
χρηστηρίους ὄρνιθας (cod. *πυρὸς δίχα*).

VI. Thuc. II, 4, 5. *ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα, ὃ ἦν τοῦ τείχους καὶ αἱ πλησίον θύραι ἀνεῳγμέναι ἔτυχον αὐτοῦ* cum Haasio *πλησίον* post *τείχους* transponendum censeo.